mus. Cū profecto gloriosam cōiugem ve-
strā que nostri corporis pars esset in oscis
eternitatis premio per sacri baptismat; re-
generationē illuminatā agnouim?. Unde
p̄senti stilo gloriosus vos adhortādos cū
omni affectu intime charitatis curauim?
quatenus abominatis idolis: eorūq; cul-
tu: spretisq; phanorū fatuitatib; z auguria-
rū deceptabilib; blandimētis credatis in
deū patrē omnipotentē: eiusq; filiū iesum
christū z spiritū sanctū: vt credentes a dia-
bolice captiuitatis nexib; sancte z indiu-
due trinitat; cooperāte potētia absoluti
eterne vite possitis ēē participes. Quāta
antez rectitudis culpa teneant; astricti hī
q̄ ad idolatriarū perniciosissimā supsticio-
nē colentes amplectunt; eorū quos quos co-

lunt exēpla perditiois infinnāt. Unde de
eis per psalmistā dicit. Omnes dñi gentiū
demonia dñs autez celos fecit. Et iterum.
Oculos habēt z nō vident: aures habēt z
nō audiūt: nares habēt z non odorabunt.
Manus habēt z nō palpabūt: pedes habēt
z nō ambulabūt. Similes ergo effici-
untur his q̄ spes cōfidentie ponūt in eis.
Quō em̄ iuuandi quēlibet possunt habere
virtutes: hī q̄ ex corruptibili materia infe-
riorū etiā suppositorūq; tibi manib; con-
struūtur: quib; videlicet artificij humanū
accōmodās eis: inanimatā mēbrozū simili-
tudine cōtulisti: qui nisi a te moti fuerint
ambulare nō poterūt: s; tāq; lapis in vno
loco positus ita cōstructi: nihilq; intelligen-
tie habētes: ipsaq; insensibilitate obruti:
nullā neq; ledēdi neq; iuuādi facultatē ad-
epti sunt. Qua ergo mētis deceptioe eos
deos quib; vos ipsi imaginē corporū tradi-
distis colētes sequimini iudicio discreto
reperire non possum?. Unde oportet vos
suscepto signo sancte crucis: per quā huma-
nū genus redemptū est: execrādo diaboli-
ce versutie supplantationē: qui diuine boni-
tatis operib; inuidus: emulusq; cōstitit:
a cordib; vestris abijcere. Iniectisq; mani-
bus hos quos catenus materie compage-
vobis deos fabricastis: cōfringendos dia-
minuendosq; sum opere curate. Ipse em̄
eorū dissolutio corruptioq; que nūq; viuē-
tem spiritū habuit: nec sensibilitatē a suis
factorib; potuit quolib; modo suscipere vo-
bis patēter insuet q̄ nihil erat q̄ caten?
colebatis: dū profecto meliores vos q̄ spi-
ritū viuētē a domino percepistis eorū cō-
structiōi nihilomin? existat;: quippe quos
deus omnipotēs ex primi hominis quē pla-
smavit cognatōe deductos per secula inu-
merabilib; paginib; pullulare constituit.
Accedite ergo ad agnitioē ei? qui vos
creauit: qui in vobis vite insufflauit spi-
ritū: qui pro nostra redemptioe filiū suū vni-
genitūz misit: vt vos ab originali peccato
eriperet: z ereptos de potestate diabolice
nequitiē celestib; p̄mij muneraret. Susci-
pite s;ba p̄dicatoꝝ z euāgelij christi q̄ vo-
bis annūciāt; q̄tenus credētes sicut sepi?
dictū est: in deū patrē omnipotentē: z i-
iesum christum eius filium: z spiritum san-
ctū z inseparabilem trinitatem fugatis de

moniorū sensib; expulsa q̄ a vobis sollicitudine venenosi ⁊ deceptabilis hostis p̄ aquā ⁊ sp̄m̄ factū renati ei cui crediderit; in splēdore glorie sempiternae cohabitare eius opitulaciōe ⁊ munificentia valeat; Preterea benedictionē p̄torū vestri beati Petri apostolorū p̄cipis vobis direximus: id est camisiā cū ornatura in auro vna ⁊ lena anciriana vna q̄d petim⁹ vt eo benignitatis an̄o gloria vestra suscipiat quo a nobis noscitur destinatū

Ut coniugem ip̄ius per eplam salutis illius sedulā agere curā monuerit.

Capitulum XI.

Ad coniugē q̄ ei⁹ Edilbergā huiusmodi lras idē p̄tifer misit. Exēplar eplē beatissimi ⁊ ap̄lici Bonifacii pape vrbis rome. dilecte Edilberge regie Eduini regis dñe gloriose ⁊ filia Edilberge regie: bonifacii ep̄s seruus seruoz dñi. Redēptorū nostri benignitas hūano generi q̄d p̄cioso sanguine sui effusio ē a vinculis diabolice captiuitat; eripuit multe. p̄uidētie quibus salueret; p̄ p̄tinuit remedia: quatenus sui nōis agnitionē diuerso modo gentib; innotescens creatorē suū suscepto christiane fidi agnosceret sacramento. q̄d ⁊ quidem in vestre glorie sētib; celesti collatū mūere mystica purgatiōis vestre regeneratio patēter inuit. magno ergo largitat; dñice bñificio mens n̄ra gaudio exultauit: q̄ scintilla orthodoxe religiōis in vestri dignat⁹ est cōuersiōe succedere. Ex qua re nō solū gloriose coniugis. imo totius gentis suppositē vobis intelligētiā in amorē sui facili⁹ inflāmaret. Didicim⁹ nāq; referētib; his qui ad nos gloriose filii nostri Audubaldi regis laudabilē p̄uersionē nunciātes p̄uenerūt: q̄d etiā vestra glia christiane fidei suscepto mirabili sacramēto p̄is ⁊ dōplacitis iugit opibus enitescat. Ab idoloz etiā cultu: seu fanozū auguriarum illecebris se diligēter abstinēat: ⁊ ita i amorē redēptoris sui immutilata deuotione p̄sistēs inuigilet: vt ad dilatandā christianam fidē incessabiliter nō desistat operā cōmodare. Eūq; de gloriose cōiuge v̄ro paterna charitas sollicite p̄sisset cognouimus q̄ catenus abominādis idolis ser-

uiens ad suscipiendā vocē p̄dicatozū suaz distulerat obediētiā exhibere. Qua ex re nō modica nobis amaritudo p̄gesta est: ab eo q̄ pars corpis vestri ab agnitione summe ⁊ indiuidue trinitatis remāsit extranea. Quā paternis officiis vestre gloriose christianitati nostrā cōmonitionē nō distulimus conferēdā: adhortantes quatenus diuine inspirationis imbuta subsideis importune ⁊ oportune agenduz nō differas: vt ⁊ ip̄e saluatoris n̄ri dñi Jesu ch̄i coopante potentia ch̄ianozū numero copulet vt p̄inde intemperate societatis federe iura teneas maritalis consortij. Scriptū nāq; est. erūt duo in carne vna: Quō q̄ vnitas vobis cōiūctiōis inesse dici poterit si a nostre fidei splendore interpositis detestabilis erroris tenebz; remāsit ille alienus. Quā rōni p̄tinuo insistens a longanimitate celestis clemētie illuminatiōis illius beneficia impetrare nō desinas. Ut vicz q̄s copulatio carnal; affect⁹ vnuz quodāmodo corpus exhibuisse monstrat: hos q̄ vnitas fidei etiam post hui⁹ vite trāsitiū i p̄petua societate cōseruet. Insiste q̄ gloriose filia: et sumis conatus duriciā cordis ip̄ius diuinorū preceptorū insinuatōe mollire sumope dematura: infundens sensib; eius quātuz sit placiditas quod credendo suscepisti mysteriū: quantum ve sit admirabile q̄ renata premium consequi meruisti. frigiditatez cordis ip̄ius sanctispiritus anūnciatione succende: quatenus amoto corpore p̄uiciosissimi cultus diuine fidei calore eius intelligentiā tuarū adhortationū frequentatione succendat. Ut p̄fecto sacre scripture testimonium per te expletū indubitanter p̄clareat. Saluabit vir infidelis p̄ mulierē fidelē. Ad hoc em̄ misericordiaz dominice pietatis cōsecuta es: vt fructuz fidei creditorūq; tibi beneficiorūq; redēptorū tuo multiplicē resignares. Quō ⁊ quōdem suffragāte p̄sidio benignitatis ip̄i⁹ vt explere valeas assiduis non desistim⁹ precib; postulare. His ergo premissis paterne vobis dilectiōis exhibētes officia hortamur vt nos reperta portitoris occasiōe de his q̄ per vos superna potētia mirabiliter in conuersatione cōiugis vestri sumpsisse que vobis gentis dignat⁹ fue-

Ecclesiastice historie gentis Anglorū

rit operari prosperis quātū his nūcijs reuelatis: quatenus sollicitudo nostra quae de vestri vestrorumque omnium anime salute optabilia desiderant expectet vobis nunciatis reuelatis: illustrationemque diuine propiciationis in vobis diffusam opulenti cognoscetes: bilateralis confessione largitori omnium bonorum deo et beato Petro apostolorum principi vberes merito gratias exoluam. Preterea benedictionem protectoris vestri beati Petri apostolorum principis vobis direximus: id est speculum argenteum et pectinem eburneum in auratum. quod petimus ut eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat: quo a nobis noscitur destinatum.

Ut Eduinus per visionem quandam sibi exulati ostendat sit ad credendum puocatus
Capitulum XII.

Ecquidē memoratus papa Bonifacius de regis Eduini: ac gentis ipsius litteris agebat. Sed et oraculum celeste quod illi quondam exulanti apud Redualdum regem anglorum pietas diuina reuelare dignata est: non minus ad suscipienda vel intelligenda doctrina monita salutaris sensum inuinit illis. Cū ergo videret Paulinus sibi diffusculter posse sublimitatem animi regalis ad humilitatem vie salutaris: et suscipiendum mysterium viuifice crucis inclinare: ac per salutem illius simul et gentis cui preerat et verbo exhortationis apud homines et apud diuinam pietatem verbo deprecacionis ageret: tādē ut vere simile videretur didicit in spiritu quod vel quale esset oraculum regi quondam celitus ostensum: ne exinde distulit: quin continuo regem ammoneret implere votum quod in oraculo sibi exhibito se facturum promiserat: si temporis illius erumnis exemptus ad regni fastidia pueniret. Erat autem oraculum huiusmodi. cum persequente illum Edilfrido: qui ante eum regnavit: per diuersa occultus loca vel regna multo annorum tempore profugus vagaret: tandem venit ad Redualdum obsecrans ut vitam suam a tanti persecutoris insidijs tutam seruaret. Qui libenter eum suscipiens: promisit se quae petebat esse facturum. At postquam Edilfrid in hac eum puincia apparuisse: et apud regem illius familiariter eum socijs habitare cognouit: misit nuncios ad Redualdum pecuniam multam per-

ce eius offerret. neque aliquid proficeret: misit se cūdo. misit tertio. et copiosiora argenti dona offerens: et bellum illi si cōtemneret indicēs. Qui vel minus fractus: vel corruptus muneribus cesset deprecanti: et siue occidere se Eduinum: seu legatarium tradere promisit. Quod ubi fidelissimus quidam amicus illius animaduertit intrauit cubiculum quod dormire disponebat. Erat autem prima hora noctis. Et euocatum foras quod erga eam ageretur promississet edocuit: et insuper adiecit. Si vis hac ipsa hora educam te ad hanc puincia et ea in loca te introducam ubi nunquam te vel Redualdum vel Edilfrid inuenire valeat. Qui ait. Has quidem ago benivolentiae tue: non tamen hoc facere possum quod suggeris: ut pactum quod cum tanto rege inuicem ipse promissum irritam faciam. cū ille mihi nihil mali fecerit nihil adhuc inimicitiarum intulerit: quoniam potius si moritur sum ille me magis quam ignobilior quam mortem tradat. Quo enim nunc fugiam qui per omnes britanniae puincias: tot annorum temporumque curriculum vagabundus hostium vitam insidias. Ab eo tamen igitur amico remansit Eduinus solus foris residens: et mestus ante palatium multis cepit cogitationum estibus affici. quod ageret: quod ve pedem verteret nescit. Cūque diu tacitus mentis angoribus: et ceco carperet igni vidit subito in tempeste noctis silentio: appropinquantes sibi hominem: vultus barbarusque incognitus. quem videns ut ignorans et inopinatum non parum expauit. At ille accedens salutauit eum et interrogauit quare illa hora ceteris quiescentibus: et alto sopore pressis: solus ipse mestus in lapide puigil sederet. At ille vicissim seiscitabat: quod ad eum pertineret: verum ipse intus an foris noctem transigeret. Qui respondens ait. Ne me estimes tue mesticie: et insomniorum et foris sece ac solitarie sessiois causas nescire. Scio enim certissime qui es: et quare meres: et que ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi quod mercedis dare velles ei: si quod sit quod his te meroribus absoluat: et Redualdo suadeat: ut nec ipse tibi aliquid mali faciat: nec tuis te hostibus promedium tradat. Qui cum se omnia que posset: huic talis per mercedem beneficium daturum esse responderet. Adiecit ille: quod si etiam te regem futurum extinctis hostibus in veritate pro-

mittat: ita ut non solum omnes progenitores tuos: sed et omnes quante reges in gente Anglorum et potestatis fuerat transcendas. At Eduinus constantior interrogando factus non dubitabat promittere: quin ei qui tanta sibi beneficia donaret: dignis ipse gratiarum actionibus responderet. Tunc ille tertio. Si autem inquit his qui tibi tanta taliaque dona veraciter aduentura prodixerit: etiam consilium tibi tue salutis ac vite melius atque utilius quam aliquis de tuis parentibus: aut cognatis unquam audiuit ostendere poterit: nunquam ei obtemperare: et monita eius salutaria suscipere consentis. Nec distulit Eduinus: quando continuo polliceretur: ut se in omnibus secutum doctrinam illius: qui se tot ac tantis calamitatibus ereptum ad regni apicem puerberet. Qui accepto responso: prestavit in his qui loquebatur cum eo imposuit dexteram suam capiti eius dicens. Cum ergo tibi signum aduenerit: memeto huius temporis: ac loquere nostrum: et ea que nunc promittis adimplere ne differas. Et his dictis ut fertur repente disparuit: ut intelligeret non hominem esse qui sibi apparuisset: sed spiritum. Et cum regis inuenis solus adhuc ibidem sederet: gauisus quidem decollata sibi consolacione: sed multum sollicitus ac mente sedula cogitans quod esset ille: vel unquam veniret quod hec sibi loqueretur. Venit autem profatus amicus illi letosque vultu salutans eum. Surge inquit: intra: et sopitis ac relictis curarum anxietatibus quieti membra sili et animi componere. quia mutatus est cor regis. nec tibi aliquid male facere. sed fidem potius pollicitam suare disponit. Postquam ei cogitatione sua. de qua tibi ante dixit: regine in secreto reuelauit reuocauit eum illa absentatione ammonens quia nulla ratione conueniat tanto regi amicum suum optimum in necessitate positum auro vendere. imo fidem suam: quam omnibus ornamentis preciosior est: amore pecunie perdere. Quid plura: fecit rex ut dictum est. nec solum exul nunciis hostilibus non tradidit: sed etiam eum ut in regnum pueniret adiuuit. Nam mox redemptibus domum nunciis exercitum multum ad debellandum Edulfriidum collegit copiosum. eumque sibi occurrentem cum exercitu multum impari. Non enim dederat illis spacium quo totum suum congregaret: atque adnaret exercitum occidit in finibus gentis merciorum ad orientalem plagam amnis qui

vocatur Idle. In quo certamine et filius Redualdi vocabulo regnari occisus. Ac sic Eduinus iuxta oraculum quod acceperat: non tantum regi sibi infesti insidias vitauit: verum et eidez perempto in regni gloriam successit. Cum ergo predicante verbum dei Paulino rex credere differret: et per aliquod tempus ut diximus horis competentibus solitari sederet quod agendum sibi esset: que religiose quedam sedulus secum ipse scrutari consueisset: ingressus ad eum quadam die vir dei imposuit dexteram capiti eius: et an hoc signum agnosceret requisit. Qui cum tremens ad pedes prostrare vellet: leuauit eum quasi familiari voce affatus. Ecce inquit hostium manus quod timuisti domino donante euasisti. Ecce regnum quod desiderasti ipso largiente precepisti. Memeto ut tertium quod promissisti facere non differas suscipiendo fidem eius: et precepta seruando que te et a temporalibus aduersis eripies: temporis regni honore sublimauit. et si deinceps voluntati eius quam per me tibi predicat obsequium dare volueris: etiam a perpetuis malorum tormentis te liberans ad eterni seculi regni in celis faciat esse participem.

Quale consilium idem cum principibus suis de percipienda christi fide habuerit: et ut pontifex eius suas aras prohibeuerit.

Capitulum XIII.

Quibus auditis rex suscipere quod de se fide quam docebat et velle et debere responderebat. Ulex adhuc cum amicis principibus et consiliariis suis se de hoc collatum esse dicebat: ut si et illi eadem cum eo sentire vellent omnes pariter in fonte vite christo consecrarentur. et annuente Paulino fecit ut dixerat: Habito ei cum sapientibus consilio sciscitabat singillatim ab omnibus quibus sibi doctrina hec eatenus inaudita et noua diuinitas quod predicabat cultus videretur. Cui primus pontificum ipsius. Quasi continuo respondit. Tu vide rex quale sit hoc quod nobis predicat: ego tibi verissime quod certum didici profiteor: quia nihil omnino virtutis habet: nihil utilitatis religio illa quam hucusque tenuimus. Nullus enim tuorum studiosus quam ego culture deorum nostrorum se subdidit: et nihilominus multi sunt qui ampliora a te beneficia quam ego et maiores accipiunt dignitates: magisque prosperant in omnibus que

Ecclesiastice historie gentis Anglorū

agenda vel acquirenda disponūt. Si autem dñi aliquid valerēt me potius inuare vellent qui illis impensius seruire curauit. Unde restat vt si ea que nūc nobis noua p̄dicātur meliora esse et fortiora habitata exāminatiōe p̄spexeris: absq; vllō cunctamine suscipere illa festinem. Quisq; suasioni verbisq; prudentib; alio optima tū tribuēs assensum p̄tinuo subdidit. Talis in quib; mihi videt rex vita hoīm presens in terris ad cōparatiōem ei⁹ qd nob incertū est t̄pis: quale cū te residēte ad cenā cū ducib; ac ministris tuis tpe p̄uina li: accenso quidē foco in medio et calido effecto cenaculo: furētib; aut foris p̄ oīa turbib; h̄emaliū pluuiaz v̄l niuū. Adueniēs vnus passerū domū citissime puolatuerit. Qui cū p̄ vnū ostiū ingrediens: mox per aliū exierit: ip̄o qdē tpe quo int⁹ est h̄emis tempestate nō tangit: s; tñ paruisimo serenitatis admomento excursus mox de h̄eme in h̄emē regrediens tuis oculis elabit. Ita at̄ vita hominū ad modicū apparet: qd aut sequat̄ qd ve p̄cesserit p̄suis ignoram⁹. Un̄ si hec noua doctrina certi⁹ aliqd attulit: merito sequenda eē videt. His similia et ceteri maiores natu ac regis p̄siliarij diuinit⁹ admoniti p̄sequebāt. Adiecit at̄ Loisi q; vellet ip̄m Paulinū diligent⁹ audire de deo que p̄dicabat verbū facientē. Qd cū iubente rege faceret exclamauit audis ei⁹ sermonibus dicēs. Jā olim intellexi n̄bil eē qd colebam⁹: q; videlicet quanto studiosius in eo cultu veritatē querebas: tanto min⁹ inueniebā. Hunc aut apte p̄fiteor: quia in hac p̄dicatiōe veritas daret illa que nob vite salutis et beatitudis eterna dona valeat tribuere. Un̄ suggero rex vt templa et altaria que sine fructu vtilitat; sacrantim⁹ oci⁹ anathemati et igni cōtra damus. Quid plā: p̄buit palā assensum euāgelizandi b̄tō Paulino rex: et abrenūciata idolatria fidē se christi suscipere cōfessus est. Lunq; p̄fato p̄tifice sacroz suor; quereret: quis aras et phana idolor; cū septis quib; erāt circūdata p̄m⁹ p̄phanare deberet. Ille r̄ndit. Ego. Quis em̄ ea que p̄ stulticiā colui: nec ad exemplū oīm aptius q̄ ip̄e p̄ sapiētiaz mihi a dō p̄o donatā destruiam. Statimq; abiecta sup̄stitiōe va-

nitat; rogauit sibi regē arma dare et equū emissariū que ascēdēs ad idola destruenda veniret v̄l arma ferro v̄l p̄ter i equo eq̄tare. Accinct⁹ ergo gladio accepit lanceam i manu. et ascēdēs emissariū regis p̄gebat ad idola. Qd aspiciēs vulg⁹ estimabat eū isanire. Nec distulit ille mox vt appiabat ad phanū p̄phanare illō iniecta i eo lancea quā tenebat: multūq; gauis⁹ de agnitiōe veri dei cultus: iussit socijs destruere ac succēdere phanuz cū oīb; septis suis. Ostendit aut loc⁹ ille quōdaz idolorū nō lōge ab Eburaco ad orientē viuirannē deruentionē. et vocat̄ hodie Botmundin Bahaam. vbi p̄tifer ille inspirate deo vero polluit ac destruxit eas q̄ ip̄e sacrauerat aras.

Ut idem Eduinus cum sua gente fidelis sit factus: et vbi Paulinus baptizauerit.

Capitulum XIII.

Sic accepit rex Eduin⁹ cū cunctis gentis sue nobilibus ac plebe per plurima. fidē et lauacrū sanctere: generatiōis anno regni sui. xj. q̄ ē ann⁹ dñice incarnatiōis. dccc. lxxij. Ab aduentu p̄o angloz in britaniā annus circiter. clxxx. Baptizatus est autē Eburaci die sancto pasche pridie iduum aprilis. in ecclesia sancti Petri apli quaz ibidez ip̄e deligno cuz cathecizare v̄sq; ad percipiendum baptisma imbuerūt et citato opere cōstruxit. In qua etiā ciuitate ip̄i doctori atq; antistiti suo Paulino sedē ep̄at⁹ donauit. Mox aut vt baptisma cōsecutus est curauit docēte eodez Paulino maiorem ip̄o i loco et angustiorē d lapide fabricare basilicā. In cui⁹ medio ip̄m qd pri⁹ fecerat oratoriū includeret. Preparat⁹ q̄ fundament⁹ i giro poris oratoriū p̄ quadruncipit edificare basilicā. Sed priusq; altitudo parietis esset cōsumata rex ip̄e impia nece occisus opus idē successorī suo. Oswaldo p̄ficienduz reliquit. Paulinus autem ex eo tempe. vj. annis p̄tinuis idē v̄sq; ad finem imperij regis illius verbū dei annuente ac fauente ip̄o in ea. p̄uincia p̄dicabat. Credebātq; et baptizabant quotquot erāt p̄ordinati ad vitam eternam. In quibus erant Osfride: Adfrid

filij regis Eduini: qui ambo ei exuli nati sunt. de quo Enburga filia Lerali regis mercionaz baptizati sunt tpe sequenti et alij liberi ei de Edilberga regina progeniti Edilhim et Edildridis filia et alter filius Thueffrea: quoz pmi albatu adhuc rapti sunt de hac vita et Ebura ci in ecclia sepul ti Baptizat et Jffi filij Ostridi: sed et alij nobiles ac regij viri no pauci. Tant aut fert tuc fuisse feruor fidei ac desideriu lauacri salutaris genti nordanhyembroz: vt quoda tpe Paulin venies cu rege et regina i regia villaz q vocat Adgefrin. xxxvj. dieb ibide cu eis cathecizadi et baptizandi officio deditus moraret: qb dieb cunctis a mane vsq ad vesperanil aliud ageret qd cofluent eo de cunctis viculis ac locis plebez chri sbo salutis instruere. atq instructuz in flumio Gleni qui primus erat lauacro remissiois abluer e. Nec villa tpe sequenti regu deserta: et alia p illa e facta in loco qui vocat Deluim. Hec quidem in puincia Bernicioz. sed et in puincia Deiroz: vbi sep manere cu rege solebat baptizabat in flumio Sualua q vicu cata ractu preterfluit. Adum oratoria vel baptisteria in ipo exordio nascetis ibi ecclie poterat edificari. Atq i campo dono vbi tuc etia villa regia erat fecit basilicam: qua postmoduz pagani a quib Eduinus rex occisus est cu tota eade villa succenderut. Pro qua reges posteriores fecere sibi villa i regioe q vocat Loidis. Euasit aut igne altare qd lapideu erat et seruatur adhuc in monasterio reuerendissimi abbatu Thuduulsi: qd e insilua Elmete

Ut puincia orientaliu angloz fidez chri susceperit. **Caplm. XV.**

Quanta aut deuotionez Eduin erga cultu pitat habuit: vt etia regi orientaliu angloz Carualdo filio Redualdi psuaderet: relictis idoloz supstitionib fidez et sacra chri cuz sua puincia suscipe. et qda pz ei Redualdi dudum in Cantua sacramentis chriane fidez imbutus est: sed frustra. Nam redies domu ab vxore sua et quibusda peruersis doctorib seductus est: atq a sinceritate fidez deprauatus habuit posteriora peiora priorib: ita vt i more antiqz samarita

noru et chro seruire videret et dñs qbus antea seruebat. Atq in eode phano et altare haberet ad sacrificia chri et arulam ad victimas demonioz: qd videlicz phanu rex eiusde puincie Aduulf: q nunc etate fuit vsq ad suu tps pdurasse et se in pueritia vidisse testabat. Erat aut pfar rex Reduald natu nobil quilibet actu ignobilis filius Tytili: cuius pater fuit Gulf fa a q reges angloz orientaliu Thaulstingas appellant. Veruz Corpuald no mlto postq fidez accepit tpe occisus est a viro gentili noie Richberecho: et exinde tribus annis puincia in errore versata est: donec accepit regnu eiusde frat Corpualdi Sigbrecht: vir p oia lindissi qd pma ad me doctissim atq christianissimus. Qui viuente adhuc fratre cuz exularet in gallia fidez sacramentis imbutus est. Quoru participem mox vbi regnare cepit totaz sua puincia facere curauit. Cuius studiis gliosissime fauit felix eps q de Burgundioz ptib: vbi ortus et ordinatus cu venisset ad Honoriu archiep m ei qui indicasset desideriu suu: misit eu ad pdicadu verbu vite pfate nationi angloz. Nec vota ipi incassuz cecidere: quin potius fructum in ea multiplicē credentiu populoz pius agri spiritualis cultor inuenit. Siquidē tota illa puincia iuxta sui nois sacramentū a longa iniquitate atq infelicitate liberata: ad fidez et opa iusticie ac ppetue felicitatis dona perduxit. Accepitq sedē epat in ciuitate Elummocri. Et cuz. xvij. annis eiusde puincie pontificali regimie pesser: ibidem in pace vitam finiuit.

Ut in puincia Lindisi predicauerit: et de qualitate regni Eduini.

Caplm. XVI.

Predicabat aut Paulinus verbū et iaz puincie meridiane Dumbre fluminis ripaz ptingens vsq ad mare. Prefectusq Lindocoline ciuitat cui nomē erat Blecca pmū cum domo sua couertit ad dñm. In q videlicz ciuitate et eccliam opis egregij de lapide fecit. Cui tecto vel longa incuria vltimostili manu defecto parietes stare vident. et omib anis aliqua miracula sanitarum in eode loco solēt ad vtilitatē eoz qui fidelit qrun ostendi. In q ecclesia Pauli

Ecclesiastice historie gentis Anglorū

nus trāscunte ad ch̄m Justo: Honorius p̄ eo cōsecrauit ep̄m: vt in sequētib; suo loco dicem⁹. De huius fide puincie narrauit mihi p̄sbyter ⁊ abbas q̄dā vir veracissimus de monasterio Portaneu vocabulo Deda retulisse sibi quēdā seniorē baptizatū se fuisse dimidia a Paulino ep̄o presente rege Eduino: ⁊ mltā ppli turbaz in fluuio Trebenta iuxta ciuitatē que lingua angloꝝ Troulvinga a cestir vocat. Qui ēt effigies eiusdē Paulini referre esse solitus q̄d esset lōge stature: paululū icura⁹: nigro capillo: facie macilēta: naso adunco ptenui: venerabilis simul et terribilis aspectu. Habuit autē secū in ministerio ⁊ Tobū diaconū: viz vtiq; industriū ac nobilē in christo ⁊ in ecclia: q̄ ad nostra vsq; tpa pmansit. Tanta autē eo tpe pax in britānia quāq; versum imperiū regis Eduini puenerat fuisse phibet: vt (sicu t hodie in puerbio dicit) etiā si mulier vna cuz res ceter nato puulo vellet totaz p̄ ambulare insulā a mari ad mare: nullo se ledēte valeret. Tātū rex idē vtilitatis sue gentis consuluit: vt plerisq; in locis vbi fontes lucidos iuxta publicos viāz trāsīt⁹ p̄spexit: ibi ob refrigeriū viantiū erectis stipitib; ⁊ creos cancos suspēdi iuberet. neq; hos q̄sq; nisi ad vsum necessariū contigere p̄ magnitudine vltimoris eius auderet: vlt̄ amoris vellet. Tanto h̄o excellentie in regno habuit: vt nō solū in pugna ante illuz vexilla gestarent: s; ⁊ tpe pacis eq̄tantem inter ciuitates siue villas: aut prouicias suas cum ministris semper antecedere signifer cōsueuisset. Necnō ⁊ incedente illo vbilibet per plateas illō gen⁹ vexilli q̄d rhomani Tufam: angli appellāt Thuuif ante eū ferri solebat:

Ut idem ab Honorio papa exhortatorias l̄ras accepit: q̄ etiā Paulino palliū miserit. Caplm. XVII.

Quo tpe presulatus sedis aplice Honorius bonifacii successor habebat: q̄ vbi gentes nordanhibroꝝ cū suo rege ad fidē p̄fessionē neq; ch̄i Paulino euāgelizāte p̄uersaz eē didic̄: misit eidē Paulino palliū. misit ⁊ regi Eduino l̄ras exhortatorias: paterna illū charitate accendēs vt i fide p̄itat⁹ quā accepant p̄sistere sp̄ ac p̄ficere curarent,

Quaz videlicet litteraz iste est ordo. Domino excellentissimo atq; p̄cellētissimo filio Eduino regi angloꝝ: Honorius ep̄us suus seruoꝝ salutē. Ita ch̄ianitatis v̄te integritas circa cōditōꝝ sui cultū fidei ē ardore succensa: vt longe lateq; resplendeat: ⁊ in oī mūdo annūciata v̄ti opis multiplicit̄ referat fructū. Sic ei vos reges esse cognoscit⁹: dū regē ⁊ creatorē vestruz orthodoxa p̄dicatiōe edocti deū venerādo creditis: eiq; q̄d hūana valet conditio mētis v̄te sincerā deuotionem exoluitis. Quid deo nostro aliud offerre valebim⁹: nisi vt in bonis actib; p̄sistentes: ip̄m q; auctorē hūani gēnis cōfidentes eū colere: eiq; vota nūc reddere festinem⁹. Et ideo excellentissime fili paterna vos charitate q̄ conuenit exhortamur: vt h̄ q̄d vos diuina misericordia ad suaz grām vocare dignata est: sollicita intētide ⁊ assiduis orōnib; seruare oīmodo festinet: vt qui vos in p̄senti seculo ex oī errore absolutos ad agnitōem sui nominis est dignat⁹ pducere: ⁊ celestis patrie vobis p̄paret mātionē. Predicatoris igit̄ vestri domini mei aplice memorie Gregorij lectiōe frequenter occupati p̄ oculis affectum doctrine ip̄i⁹: q̄d p̄ v̄ris animab; libenter exercuit: habetote: q̄tenus eius oratio ⁊ regnū vestrū populiūq; augeat: ⁊ vos oīpotēti deo irrephēsibiles representet. Ea h̄o q̄ a nobis p̄ vestris sacerdotib; ordināda sperastis: h̄ p̄ fidei vestre ē sinceritate: q̄ nobis multimoda relatiōe p̄ p̄sentū portitores laudabilē insinuata ē: gratuito animo attribuere illi sine vlla dilatione p̄uidemus. et duo pallia vtrozūq; metropolitanorū. id est Honorio ⁊ Paulino direxim⁹: vt duz q̄s eoz de h̄ seculo ad auctorē suū fuerit acersitus: in loco ip̄i⁹ alter ep̄oz ex hac nostra auctoritate debeat subrogare. q̄d q̄dē tā p̄ vestra ē charitat⁹ affectu q̄ p̄ tantarū puinciarū spacia q̄ int̄ nos ⁊ vos eē noscunt: sum⁹ inuitati cōcedere: vt in oībus deuotioni vestre nostrū p̄cursuz: ⁊ iuxta vestra d̄sideria p̄barem⁹ incolumē excellentiam v̄tam grā sup̄na custodiat.

Ut Honorius q̄ Justo in ep̄atu. Dornuernensis ecclesie successit ab eodē papa Honorio palliū ⁊ l̄ras accepit.

Caplm. XVIII.

Nec interim Justus archiepiscopus ad celestia regna sublati. iij. iduū no-
 uembriū die. et Honorius p̄ illo est
 p̄sulatū electus. Qui ordinatus ve-
 nit ad Paulinū. et occurrere sibi illo in lin-
 docolmo hntus ab augusto Doruuerne-
 sis ecclie p̄secratus est astites. Cui etiā p̄fa-
 tus papa Honorius misit palliū et l̄as: i
 q̄b̄ decreuit hoc c̄p̄m quod i epl̄a ad Edui-
 nū regem missa decreuerat. s. vt cum Do-
 ruuernēsis vel Eburacēsis astites p̄ hac
 vita trāsierit: is qui sup̄est cōsors eius de
 gradus habebat potestātē altez ordinādi
 in loco ei⁹ q̄ transierat sacerdotē: ne sit ne-
 cesse ad r̄omanā vsq; ciuitatē p̄ tā proli-
 xa terrarū et maris spacia pro ordinādo ar-
 chiepiscopo sp̄ fatigari. Quarū etiā te-
 xtum litteraz in nostra hac historia pone-
 re cōmodū duximus. Dilectissimo fra-
 tri Honorio. Honorio inter plurima que
 redemptor nostri misericordia suis famu-
 lis dignat̄ bonorū munera p̄rogare illud
 etiā clement̄ collata sue pietat̄ munificē-
 tia tribuit: q̄tēs p̄ fraternos affectus: vt
 animā dilectiōe quadā contēplatiōe alter-
 nis aspectib; rēp̄sentat: p̄ quib; maiestati
 eius gratias indefinēter exoluimus. Cūq;
 votis supplicib; exoram⁹: vt vestrā dilecti-
 onē in p̄dicatiōe euangelij laborantem et
 fructificantē: sectantēq; magistri et capiti
 sui Gregorij regulā p̄peti stabilitate cōfir-
 met: et ad augmentū ecclie sue potiora p̄
 vos suscitet incrementa: vt fide et ope in ti-
 more dei et charitate vestra adquisitio des-
 cessorūq; vestrorū: que per domini Grego-
 rij exordio pullulat conualescendo ampli-
 us extendat: vt ipsa vos dominici eloquij
 promissa in futuro respiciant. Vosq; vox
 ista ad etnā festiuitatē euocet. Venite ad
 me omnes qui laboratis et onerati estis: et
 ego reficiā vos. Et iterum. Euge serue bo-
 ne et fidelis: quia sup̄ pauca fuisti fidelis
 per multa te constituā: intra in gaudiū do-
 mini tui. Et nos eadē fratres charissimi
 hec vobis pro eterna charitate exhortati-
 onis verba p̄mittentes: que rursus pro ec-
 clesiarū vestrarū p̄uilegijs cōgruere pos-
 se conspicimus: non desistimus imp̄t̄re.
 Et tam iuxta vestrā petitionē: q̄ filiorum
 nostrorū regū vobis p̄senti nostra p̄cepti-
 one vice beati Petri apostolorū principis

auctoritatē tribuimus: vt q̄ vnū ex vobis
 diuina ad se iusserit gratia vocari is qui su-
 p̄stes fuerit alterū in loco defuncti debeat
 episcopū ordinare. Pro qua etiā re singla
 vestre dilectioni pallia pro eadem ordina-
 tione celebrāda direximus: vt per nostre
 p̄ceptionis auctoritatē possitis deo pla-
 citam ordinationē efficere. quia vt hec vo-
 bis cōcederemus lōga terraz marisq; in-
 ternalla que inter nos ac vos obsistūt ad
 hec nos p̄descēdere coegerit: vt nulla pos-
 sit ecclie vestraz iactura per cuiuslib; occa-
 sionē obtentū quoquo modo perueni-
 re: sed potius cōmissi vobis populi deu-
 tionē plenius p̄pagare. De⁹ te incolumen
 custodiat dilectissime frat. Data die ter-
 tia iduū iuniarū imperatib; dominis no-
 stris p̄ssimis augustis Heradio āno ex
 xiiij. p̄. eiusdem anni. xiiij. atq; Constanti-
 no filio ipsius anno. xiiij. et consular⁹ ei⁹
 āno. iij. s. et Heradio felicissimo cesare. id
 est filio ei⁹ anno. iij. indic. iij. id est anno
 dñice incarnationis. d. c. xiiij.

Ut p̄mo idem Honorius: et post Joan-
 nes l̄as gēti scotoz. p̄ pasche obſuatiōe
 simul et p̄ pelagiana herese miserit.

Capitulum XIX

Quit idē papa Honorius literas
 etiam genti scotoz. quos in ob-
 seruatiōe s̄acti pasche errasse cō-
 perat: iuxta qd̄ sup̄ docuim⁹: sol-
 lert̄er exhortans ne paucitatē suā in extre-
 mis terre finibus constitutam: sapientio-
 rem antiquis siue modernis q̄ p̄ orbē crāt
 christi ecclie estimarēt: ne vestra pascha-
 les cōputos et d̄creta synodaliū totius or-
 bis p̄t̄ficū aliō pascha celebrarēt. Sed
 Joānes qui et successor ei⁹ dē Honorij
 Severino successit. Cū adhuc esset elect⁹
 in p̄t̄ficatū p̄ eodē errore corrigendo: lit-
 teras eis magna auctoritate atq; eruditōe
 plenas direxit euidēt astruēs: qd̄ dñicū pa-
 sche diē. xv. luna vsq; xxi. qd̄ in nicena sy-
 nodo p̄batū est oporteret: necnō et p̄ pel-
 giana heresi: quam apud eos reuiscere
 didicerat: cauēda ac repellēda in eadez il-
 los epl̄a monere curauit. Cui⁹ epl̄e p̄nci-
 pius est. Dilectissimis et s̄ctissimis Ton-
 nano Colūbano Chromāo Dimao et Ba-
 gitāo ep̄is: Chromāo Vernianoq; Lagi-
 strano Stellano et Segeno presbyteris:

Ecclesiastice historie gentis Anglorum

Sarano ceterisque doctoribus seu abbatibus scotis Hilarius archiepiscopus et seruus locum sancte sedis aplice Joannem diaconum et in deonomie electus. Item Joannes primicerius et seruus locum sancte sedis aplice et Joannes seruus dei consiliarius eiusdem apostolice sedis. Scripta que per latrones ad sancte memorie Severinum papam adduxerunt eo de hac luce migrante reciproca responsa ad ea que postulata fuerant siluerunt. Quibus referatis ne dum tate quod scidus caligo indiscussa remaneret repperimus quosdam puencie vestre contra orthodoxam fidei nouam ex veteri heresim renouare conantes pascha nostrum in quo imolatus est christus: nebulosa caligine refutantes et. xiiij. luna cum hebreis celebrare nitentes: que apostolice principio manifeste declaratur et nuprime temporibus illis hanc apud eos heresim exortam: et non totam eorum gentem: sed quosdam meis hac fuisse implicatos. Exposita autem ratione paschalis obseruatione ita de pelagianis in eadem epistola subdit. Et hoc quoque cognouimus quod virus pelagiane hereseos apud vos denuo reuiuiscit quod omnino hortamur ut a vestris mentibus huiusmodi venenatum superstitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipsa quoque execranda heresis damna est: latere vos non debet. quia non solum per istos ducentos annos abolita est: sed et quotidie a nobis perpetuo anathemate sepulta damnatur. et hortamur ne quoque arma combusta sunt apud vos eorum cineres scisci tabantur. Nam quis non excretur superbum eorum conamem et impium: dicentium posse sine peccato hominem existere ex propria uoluntate et non ex gratia dei: et primum quod blasphemie et stultiloquium est dicere esse hominem sine peccato. quod omnino non potest: nisi vnus mediator dei et hominum: homo christus iesus: qui sine peccato est conceptus et partus. Nam ceteri homines cum peccato originali nascentes testimonium per uaricationis Ade: et iam sine peccato actuali existentes portare noscunt: secundum prophetam dicentem. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis conceptus me mater mea.

Ut occiso Eduino Paulinus Cantuarum rediens Drosensis ecclesie presulatus susceperis.

Capitulum. XX

Unto Eduino cum. xvij. annis gentem Anglorum simul et britannorum gloriosissime presserit. Equibus etiam se ipse: ut diximus. christi regno militauerunt. Rebellaui aduersus eum Edualla rex britonum auxilium prebente illi. Penda uero strenuissimo de regio genere merciorum. qui et ipse ex eo tempore gentis eiusdem regno annis. xxij. varia sorte presuit. Et conferto graui prelio in campo que uocatur Bethfelth occisus est. Eduinus. die. iij. iduum octobris. anno dominice incarnationis. d. cxxxij. cum esset annorum. xlvij. eiusque totus vel interemptus vel dispersus exercitus. In quo etiam bello ante illum vnus filius eius Osfrid iuuenis bellicosus cecidit: aliter Edsritb necessitate cogente ad Penda regem transfugit: et ab eo postmodum regnante Osualdo contra fidem iurisiurandi preemptus. Quo tempore maxima est facta strages in ecclesia uel gente nordanbimbrozum: maxime quod vnus ex ducibus a quibus acta est paganus: alter quia barbarus erat pagano senior. Siquidem Penda cum omni merciorum gente idolis deditur et christiani erat nominis ignarus. At uero Edualla: quous nomen et professionem haberet christiani: adeo tamen erat animo ac moribus barbarus: ut nec sexui quidem muliebri vel innocue paruulorum parceret etatis: quin uniuersos atrocitate ferina morti per tormenta contraderet: multo tempore totas eorum prouincias obachando puagatus. ac totum genus anglorum britanie finibus erasurum se esse deliberans. Sed nec religio christiane que apud eos exorta erat aliquid impendebat honorem. Quippe cum usque hodie moris sit britonum fidei religionem que anglorum pro nihilo habere: neque in aliquo eis magis communicare quam paganis. Allatum est autem caput Eduini regis eburacum et illatum postea ecclesie beati Petri apostoli quam ipse cepit: sed successor eius Osuald perfecit. ut supra docuimus. Positum est autem in porticu sancti pape Gregorii a cuius ipse discipulis uerbum uite susceperat. Turbatis itaque rebus nordanbimbrozum huius articulo cladis cum nil alicui preuidetur: nisi in fuga esse uideretur Paulinus assumpta secum Edilberge regina quam prede adduxerat rediit cantuam nauigio atque ab

Honorio archiepiscopo et rege Edulbaldo multum honorifice susceptus est. Venit autem illuc duce Baasso milite regis Eduini fortissimo: habens secum Deanfredum filium et Ulcferam filiam Eduini et Iffi filium Osfridi filii eius: quos postea mater metu Edboldi et Osvaldi regum misit in Galliam nutriendos regi Decberechtio: ibique ambo in infantia defuncti: et iuxta honorem vel regis pueris vel innocentibus christi congruam in ecclesia sepulti sunt. Attulit quoque se cum vasa preciosa Eduini regis plurima: in quibus et crucez magna aurea: et calicem aureum consecratum ad ministerium altaris: que hactenus in ecclesia cantue servata monstrant. Quo in tempore Profensis ecclesia pastorem minime habebat: eo quod romanus presul illius ad Honorium papam a Justo archiepiscopo legatarius missus absorptus fuerat fluctibus italicis maris: ac per hoc curam illius prefatus illius invitatioe Honorii antistitis et Edboldi regis suscepit ac tenuit: usque dum et ipse suo tempore ad celestia regna cum glorioso fructu laboris ascendit: in qua ecclesia moriens pallium quocumque a romano papa acceperat reliquit. Reliquat autem in ecclesia sua eburaci Jacobum diaconum: virum utique ecclesiasticum et sanctum: qui multo ex hinc tempore in ecclesia manens magnas antiquo hosti preda docendo et baptizando eripuit. Cuius nomine vicus in quo maxime solebat habitare iuxta catartas usque hodie cognominatur. Qui quum cantandi in ecclesia erat peritissimus: recuperata postmodum pace in provincia: et crescente numero fidelium etiam magister ecclesiastice cantationis iuxta morem romanorum seu catuariorum multis cepit extirpare. Et ipse senex et plenius dierum iuxta scripturas patrum viam secutus est.

Explicit liber secundus ecclesiastice historie gentis anglorum.

Incipit Liber tertius

us ecclesiastice historie gentis anglorum: cum re collecta capitulorum annotatione.

Ut primi successores Eduini regis et fidem sue gentis perdiderit et regnum. Porro Osvaldus christianissimus rex utrumque restauravit
Capitulum I



Iterfecto in

pugna Eduino suscepto pro illo regnum Deiorum de qua provincia ille generis prosapiam et primordia regni habuerat filius patris eius Esfrici vocabulo Osfrich: qui ad predicationem Paulini fidei erat sacramentis imbutus. Porro regnum Berniciorum: nam in his duas provincias gens nordanhimbrogum antiquitus diuisa erat suscepit filius Edilfridi qui de illa provincia generis et regni originem duxerat nomine Esfrid. Si quidem tempore toto quo regnavit Eduini filius usque prefatus regis Edilfridi quum ante eum regnauerat cum magna nobilitate iuuentute apud scotos sine pictos exulabat. Ibi quoque ad doctrinam scotorum catholicizati et baptismatis gratia sunt recreati. Qui ut mortuo rege inimico patriam sunt redire permisi: accepit per mus eorum quem diximus. Eanfrid regnum Berniciorum qui uterque rex: ut terreni insulas sortitus est sacramenta regni celestis quibus initiatus erat anathematizatio prodidit: ac se priscis idolatrie sordibus pollens: dum pendens restituit. Nec mora utrumque rex britonum Ledualla impia manu: sed iustitiatione peremit. Et prius quidem proxima estate Osfridum dum se in oppido municipio temerarie obsidisset: eruptos subito cum suis omnibus imparum cum toto exercitu devenit. Deinde cum anno integro provincias nordanhimbrogum non ut rex victor possideret: sed quasi tyrannus seuiens disperderet: ac tragiaca cede dilaceraret. Tandem Esfridum inconsulte ad se cum XII. electis militibus postulante pacis gratia venientem si forte dannaui. Infaustus ille annus et omnibus bonis erosus usque hodie permanet: tamen propter apostasiam regum anglorum qui fidei sacris se exuerant: quod propter vesaniam britonici regis tyrannidem. Tunc cum placuit regum tempore communitatibus: ut ablata de medio regum perfidorum memoria: id est animis sequeretur regum. i. Osvaldi viri deo dilecti regno assignaret. Quo post occasionem fratris Eanfridi superueniente puo exercitu: sed fide christi munito infidus britonum dux cum imensis illis copiis quibus nihil resistere posse iactabat iteremptus est in loco qui lingua anglorum denistes brunna. id est riuus denisi vocatur.

Ecclesiastice historie gentis Anglorum

Ut de ligno crucis quod idem rex contra baros pugnatur ereperat inter innumera sanitatum miracula quidam adolescens sit brachij languore curatus.

Capitulum II

O Stedit autem usque hodie et in magna veneratōe habet locus ille ubi veturus ad hanc pugnam Osvald signum sacre crucis erexit: ac flexis genibus deum deprecatus est. ut in tanta rebus necessitate suis cultoribus celesti succurreret auxilio. Denique fertur quod citato ope cruce ad foueam parata in qua statui deberet ipse fide feruens hanc eripuerit ac foueae ipsi posuerit: atque vtraque manu erectam tenuerit: donec adgesto a militibus puluere terra figeretur. Et hoc facto elato in altum voce cuncto exercitu proclamauerit. Flectamus omnes genua et deum omnipotentem ac verum in communi deprecemur: ut nos ab hoste superbo ac feroces sua miseratione defendat. Scit enim ipse quod iusta pro salute gentis nostre bella suscepimus. Fecerunt omnes ut iusserat. Et sic incipiente diluculo in hostem progressi iuxta meritum sue fidei victoria potiti sunt. In cuius loco orationis innumere virtutes sanitatum noscunt esse patrate: ad indicium videlicet ac memoriam dei eius. Nam et usque hodie multi de ipso ligno sacre crucis astulas excidere solent quas cum in aquas miserint: eisque languentes homines ac pecudes potauerint siue asperserint: mox sanitati restituntur. Vocatur locus ille lingua anglorum Hefenfeld quod dici potest latine celestis capus: quod certe vtiq; presagio futurorum antiquitus nomen accepit: significans nimirum quod celeste ibidem erigendum tropheum celestis inchoanda victoria celestia usque hodie forent miracula celebranda. Est autem locus iuxta mare illum quo rhomani quondam ab arcendis barbarorum impetu totam a mari usque ad mare circumterere britaniam: ut super docuimus: in quo videlicet loco consuetudine multo iam tempore fecerunt fratres Augustaldensis ecclesie que non longe abest aduenientes omni anno pridie quam postea idem rex Osvald occisus est vigilias pro salute anime eius facere: plurimaque psalmodiarum laude celebrata victimam pro eo mane sacre oblationis offerre. Qui etiam crescentem bonam consuetudinem nup ibidem ecclesie constructa sacratio est et cunctis honorabilioribus omnibus locum facere.

efficacia
verilli. s. crucis
erecti. N.

Nec immerito: quod nullus ut conperimus fidei christiane signum: nulla ecclesia: nullus altare in tota Bernicioz gente erectum est prius quam hoc sacre crucis vexillum novum militie eductor dicam te fidei deuotione contra hostem immanissimum pugnatur statueret nec ab re est vnum e pluribus que ad hanc crucez patrate sunt prout miraculum narrat. Quidam e fratribus eiusdem Augustalde nsis ecclesie nomine Bothelm qui nunc superest ante paucos annos dum incautus forte noctu in glacie incederet repente corruens: brachium contriuit ac grauissima fractura ipsius cepit molestia fatigari: ita ut nec ad os quod ad ducere ipsum brachium nullatenus dolore arcente valeret. Qui cum die quadam mane audiret vnum de fratribus ad locum sancte crucis ascendere disposuisse: rogauit ut aliquam ibi partem de illo ligno venerabili rediens afferret. Credere se dicens quod pro hoc donante domino salutem possit consequi. Fecit ille ut rogatus est: et reuersus ad vesperam sedentibus iam ad mensam fratribus obtulit ei aliquid de veteri musco quo superficies ligni erat obsita. Qui cum sedens ad mensam non haberet ad manum ubi oblatum sibi munus reponeret misit hoc in sinum sibi. Et dum iret cubitum oblitus alicubi deponere permisit suo in sinu permanere. At medio noctis tempore cum euigilaret sensit quid frigidum suo lateri adiacere. Ad motumque manu requirere quid esset: ita sanum brachium manumque repperit ac si nihil unquam tati languoris habuisset.

Ut idem rex postulans de gente Scottorum acceperit Aidanum: Eidemque in insula Lindiffarnensi sedes episcopatus donauerit.

Capitulum III

I Des ergo Osvald mox ubi regnum suscepit desiderans totam cuius posse cepit gentem fidei christiane gratia inuicem Cuius exprimenta primaria in expugnandis barbaris iam ceperat. Visit ad maiores natu scotorum: inter quos exulas ipse baptismatis sacramenta cum his qui secum erant militibus consecutus erat. petens ut sibi mitteretur antistes: cuius doctrina ac ministerio gens quam regebat anglorum dominice fidei et dona disceret et suscipere sacramenta. Neque aliqui tardius quod petebat impetrauit. Accepit namque pontificem Aidanum summe mansue

fudinis et pietatis ac moderaminis virum
 habentemque zelum dei: quibus non plene scien-
 tia. Namque dies pasche dominicum more sue-
 gentis: cuius superius mentionem fecimus?
 a. xiiij. luna. usque ad. xx. obsuare solebat. Et
 etiam ordine septentrionalis scotorum prouin-
 cia et omnis natio Pictorum illo adhuc tem-
 pore pascha dominicum celebrabat: estimas
 se hac obseruantia sancti ac laude digni
 patris Anatholi scripta secutus. quod quod
 dem an vez sit perit? quisque facillime cog-
 noscit. Porro gentes scotorum que in au-
 stralibus hibernie insule partibus moraban-
 tur iam dudum ad admonitionem apostolice sedis
 attitit pascha canonico ritu obseruare
 didicerunt. Veniente igitur ad se episcopo rex locum
 sedis episcopalis in insula Lindisfarnensis
 ubi ipse petebat tribuit. qui videlicet locus
 accedente ac recedente reumate bis quoti-
 die instar insule maris circumluitur undis.
 His renudato litore et iugis terre reddi-
 tur: atque eius admonitionibus humiliter ac li-
 benter in omnibus auscultans ecclesiam christi
 in regno suo multum diligenter edificare
 ac dilatare curauit. Ubi pulcherrimo sepe
 spectaculo contigit ut ei euangelizante an-
 tistite qui angloz linguam perfecte non nouer-
 rat ipse rex suis ducibus ac ministris iter-
 pres verbi existeret celestis: quia nimirum
 tam longo exilio sui tempore linguam scotorum
 iam plene didicerat. Exinde cepere plures
 per dies de scotorum regione venire britan-
 niam: atque illis angloz prouincis quibus
 regnauit Oswald magna deuotione ver-
 bum fidei predicare: et creditibus gratiam
 baptismi quicumque sacerdotali erant gra-
 du predicti ministrare. Construuntur ergo
 ecclesie per loca: consuebant ad audiendum
 verbum dei populi gaudentes: donabantur
 muneribus possessiones et territoria ad in-
 stituenda monasteria. imbuebantur prece-
 ptoribus scotis parvuli angloz una cum
 maioribus studiis et obseruatione discipli-
 ne regularis. Nam monachi erant. maxime
 qui ad predicandam venerant: mona-
 chus ipse episcopus Euanus utpote de insula
 que vocatur Budestinatus. Qui monasterium
 sancti pene septentrionalium Scotorum et omnium
 Pictorum monasterium in quo tempore arce tene-
 bat: regedisque eorum populis preerat: qui videlicet in
 sula ad insulam quidem britannie pertinet non ma-

gno ab eo freta discreta: sed donatioe Pictorum:
 qui illas Britannie plagas incolunt
 iam dudum monachis scotorum tradita eoque
 illis predicatioe fidem christi preceperunt.

Quam gens Pictorum fidem christi suscepit
 Caplm. III.

S Idem anno incarnationis dominice
 quingentesimo quinquagesimo quinto quod
 tempore gubernaculum rhomani imperatoris
 Grigij post Justinianum Justinus mi-
 nor accepit: venit de hibernia presbyter et ab-
 ba habitu et vita monachi insignis nomine
 Coluba Britannie predicaturus presbiteri di-
 cimus septentrionalium Pictorum: hunc etiam ardu-
 is atque horretibus montium iugis ab australi-
 bus eorum sunt regionibus sequelstrate. Nam
 quod ipsi australes Picti qui intra eosdem mon-
 tes habent sedes: multo ante tempore ut per-
 bibent relicto errore idolatrie fidei preceperunt
 acceperunt: predicante eis verbum prima episcopo
 reuerendissimo et sanctissimo viro de
 natione britonum qui erat rhome regulariter
 fidei et mysteria veritatis edoctus: cui se-
 dem episcopatus sancti Martini episcopi nomine
 et ecclesia insignes: ubi ipse etiam corpore
 una cum pluribus sanctis requiescit. Jam
 nunc angloz gens obtinet quod locus ad prouin-
 ciam Berniciorum pertinet vulgo vocatur ad can-
 didam casam: eo quod ibi ecclesiam de lapide in
 solito britonibus more fecerit. Venit autem
 britanniam Coluba regnante Pictis Bru-
 dio filio Delochon rege potentissimo nono
 anno regni eius: gressus illam verbo et
 exemplo ad fidei christi conuertit. Unde et
 prefata insula ab eis in possessionem monaste-
 rij faciendi accepit. Neque ei magna est: sed
 si miliarium. v. iuxta estimationem angloz: quod
 successores eius usque hodie tenent: ubi et ipse
 sepultus est cum esset annorum. lxxvj. post annos cir-
 cit. xxxij. ex quo ipse britanniam predicaturus
 adijt. Fecerat autem prius quam britanniam veniret
 monasterium nobile in hibernia quod a copia
 roborum de Armach lingua Scotorum: hunc
 campus roborum cognominatur. Ex quo utro-
 que monasterio plurima exinde monasteria
 per discipulos eius et in britanniam et in hy-
 berniam propagata sunt. In quibus omnibus idem
 monasterium insulanum in quo ipse requiescit
 corpore principatum tenet. Habere autem so-
 let ipsa insula ex rectore sepe abbatem presbyterum

Ecclesiastice historie gentis Anglorum

stis miserūt in mare: et diuina se iuuante gratia mox cepere pisces diuersi generis trecentos. Quibus trifariarū diuisis. c. pauperibus dederūt. c. ex his a quibus retia acceperūt. c. in suos vsus habebāt. Quo beneficio multū antistes cor oim in suū vertit amorē. et libēt⁹ eo p̄dicante celestia sperare ceperunt: cuius ministerio tpalia bona sumpserunt. Quo tpe rex Edilua ch donauit reuerēdissimo antiste Wilfrido terrā lxxxvij. familiarū. vbi suos homines qui exules vagabāt recipe posset vocabulo Selesu qd̄ dicit̄ latine insula vituli marini Est aut̄ locus vndiq; mari circūdat⁹ p̄ter ab occidēte vnde habet ingressum amplitudinis quasi iactus funde qualis loc⁹ a latinis peninsula: a grecis solet cherronesos vocari. Hunc ergo locū cuz acceperūt episcopus Wilfrid fundauit ibi monasteriū: ac reglari vita instituit maxia ex his quos secuz adduxerat fratribus: quod vsq; hodie successores eius terre noscunt. Nā ip̄e illis in partibus annos quinq;. id est vsq; ad mortem Efridi regis merito omnibus honorabilis officium episcopatus et verbo exercebat et ope. Et qm̄ illis rex cuz p̄fata loci possessione omnes qui ibidem erant facultates cū agris et homibus donauit omnes fide christi institutos vnda baptismatis abluit. Inter quos seruos et ancillas ducentos quinq; quos omnes vt baptizandos a fuitute dñica saluauit: etiā libertatem donando humane iugo seruitutis absoluit.

Ut intercessione Oswaldi regis pestifera mortalitas sit sublata.

Capitulum. XIII

In quo tūc monasterio nonnulla celestis gratie dona spiritualiter ostēsa fuisse p̄hibent. Utpote vbi nup̄ expulsa diaboli tyrānide ch̄s iam regnare ceperat. Ex q̄bo vnū quē mihi reuerēdissim⁹ antistes. Acta sepius referre: et a fidelissimis eiusdē monasterij fratribus sibi relatū asserere solebat memorie mandare cōmodū dixim⁹. Eodē ferme tpe q̄ ip̄a puincia nomē ch̄i suscepit: multas britānie puincias mortalitas seu corrūpibat. Que cū p̄fatū mōasteriū cui tūc f̄gēdo religiosissim⁹ ch̄i sacerdos vocabulo Eap-

pan p̄fuit multitudine dispensationis attingeret. Multiq; sibi de his qui cū antiste illo venerāt. siue de illis qui de eadē puincia saxonū nup̄ ad fidē fuerāt vocati passim de hac vita raperētur: visus est fratribus triduanū ieiuniū agere: et diuinā suppliciter obsecrare clementiā: vt misericordiam sibi dignaretur imp̄dere: et siue periclitantes hoc morbo a p̄senti morte liberaret: seu raptos e mundo a p̄petua anime dānatione seruare. Erat tunc tēporis in eodē monasterio puculus quidam de natione saxonū nuper vocatus ad fidē q̄ eadem tactus infirmitate non paucō tpe recubatus in lectulo iacebat. Cum ergo secunda memorata ieiuniū ac supplicatio num dies ageretur: forte ip̄m puerū hora ferme secūda diei in loco in quo eger iacebat solum inueniri: cui diuina dispensatione subito beatissimi apostolorū p̄ncipes dignati sunt apparere. Erat em̄ puer multum simplex ac mansueti animi sinceraq; deuotiōe sacramēta fidei q̄ susceperat seruans. Salutantes ergo illū verbis p̄missimis apli dicebāt. Noli timere fili mortē pro qua sollicit⁹ es. Nos autem te hodierna die ad celestia regna sumus perducaturi. Sed primū expectare habes donec misse celebrentur: ac viatico domici corporis ac sanguis accepto sic infirmitate simul et morte absolutus ad eterna in celis gaudia subleueris. Clama ergo ad te p̄sbyterū Eappan: et dicito illi quia dñs exaudiuit preces vestras et deuotionē: ac ieiunia p̄piti⁹ asperxit: neq; aliquis de hoc monasterio siue adiacētibus ei possessiunculis hac clade vltra moriturus est. Sed omnes qui alicubi de vestris hac egritudine laborant resurrecturi a lāguore pristina sūt sospitate recuperandi: preter te solū qui hodierna es die liberandus a morte et ad visionē dñi ch̄i cui fideliter seruisti p̄ducendus in celū. quod diuina vobis misericordia p̄ intercessionē religiosi ac deo dilecti regis Oswaldi: qui quondam genti Forandanhimbroz et regni temporalis auctoritatem et christiane pietatē que ad regnum penne ducit deuotionē sublimē p̄fuit cōferre dignata est. Hac etei die idē rex ab infidelibus in bello corporalit̄ extinctus: mox ad sempiterna aiaz gaudia assumpt⁹ in celū

et electorum est sociatus agminibus. Querat in suis codicibus in quibus defunctorum est adnotata dispositio: et inueniet illud hac (ut diximus) die raptum esse de seculo. Celebrat et missas per cuncta monasteria oratoria huius sine per gratia ruitatione exauditas suas deprecaciones: siue etiam in memoriam prefati regis Oswaldi quondam ipsorum genti pererat. Ideoque per eis quasi per sue gentis aduenis supplex orabat ad dominum. Et cunctis convenientibus ad ecclesiam fratrum communicat omnes sacrificios celestibus et ita soluto ieiunio corpus quoque suis reficiant alimentis. Que cum omnia vocato a se presbytero puer verba narrasset. Interrogauit eum sollicitus quales essent habitus vel speciem viri qui sibi apparuissent. Respondit. preclari omnino habitus: et vultu erant letissimi ac pulcherrimi quales nunquam ante videram. Nequaquam hominum tanti decoris ac venustatis esse posse credebam. Unus qui dem attonsus erat ut clericus: alius barbaram habebat phrygam. Dicebantque quod unus eorum Petrus: alius vocaretur Paulus: et ipsi essent ministri domini et saluatoris nostri Jesu christi ad tuitionem nostrum monasterii missi ab ipso de celis. Credidit ergo presbiter pueri presbyter: ac statim egressus requisit in annali suo et inuenit eadem ipsa die Oswaldum regem fuisse pemptum. Vocatisque fratribus parari prandium: missas fieri: atque omnes communicare more solito precepit: simul et infirmantem puero de eodem sacrificio domini ce oblationis particulam deferri mandauit. Quibus ita gestis non multo post eadem ipsa die puer defunctus est. Suaque morte probauit vera fuisse verba que ab apostolis christi audierat. Sed et hoc eis presbiter testimonium perhibuit quod nemo preter ipsum tempore illo ex eodem est monasterio raptus de mundo. Ex qua nimirum visione multi qui hec audire potuerunt: et exhortanda in aduersis diuinam clementiam ad salutaria ieiuniorum remedia subeunda sunt mirabiliter accensi. Et ex eo tempore non solum in eodem monasterio: sed et in plerisque locis alijs cepit annuatim eiusdem regis ac militis christi natalicium dies missarum celebratione venerari.

Ut Ledualla rex interfecto rege Beuissorum Ediluach puincia illa seua cede ac de populatone attrinuerit. Capitulum XV.

132

Atterea supueniens cum exercitu Ledualla iuuenis strenuissimus dregio genere Beuissorum cum exularet a patria sua interfecit regem Ediluach: ac puincia illa seua cede ac de populatone attrinuit. Sed mox expulsus est a ducibus regis Berechtuno et Antbuno: quod deiceps regnum prouincie tenuerunt. Quorum prior postea ab eodem Ledualla cum esset rex Beuissorum occisus est: et puincia grauiore seruitio subacta. Sed is qui post Ledualla regnabat filii puincia illa afflictione primo annorum tempore mancipari. Quare factum est ut toto illo tempore episcopum prius habere nequiret. Sed reuocato domum Ulfrido primo suo antistite ipsi episcopo Beuissorum id est occidentaliu saxonu quod essent inuenti in ciuitate subiacerent.

Ut Uecta insula christianos incolas susceperit. Cuius duo pueri statim post acceptum baptismum sunt interempti.

Capitulum XVI.

Est que et Ledualla regno potius Beuissorum cepit insulam Uectam: que eatenus erat tota idolatria dedita ac stragita cede omnes indigenas exterminare: ac sue prouincie homines per his sustinere contendit: voto se obligans quous non dum regeneratis: ut fertur in christo: quia si cepissent insulam quartam partem eius simul et parte domo daret. Que ita soluit ut hac Ulfrido episcopo qui tunc forte de gente sua supueniens aderat utendam pro domino offerret. Est autem mensura eiusdem insule iuxta estimationem angolorum mille ducentarum familiarum. Unde data est episcopo possessio terre trecentarum familiarum. Et ipse partem quam accepit commendauit cuidam de clericis suis cui nomen Beornium et erat filius sororis eius: datus illi presbyter nomine Diddila: quod omnibus qui saluare vellet verbum ac lauacrum vite ministraret. Ubi silentio pretereundum non esse reor quod in primis temporibus eorum qui de eadem insula credendo saluati sunt: duo regum pueri fratres videlicet Bruualdi regis insule speciali sunt deignati coronati. Siquidem imminetibus insule hostibus fuga lapsi sunt de insula: et in primis victorum puincia translata. Ubi cum delati in locum qui vocatur ad lapidem occu

Ecclesiastice historie gentis Anglorum

landos se a facie regis victoris credidissent proditi sunt: atque occidi iussi. Quod cum audisset abbas quidam et presbyter vocabulo Linibrecht habens non longe abinde monasterium in loco qui vocatur Reuchford: id est vadum arundinis venit ad regem qui tunc isdem in partibus occultus curabat a vulneribus que ei inflata fuerant preliando in insulam vectam. Postulavitque ab eo ut si necesse esset pueros interfici prius eos liceret fidei christiane sacramentis imbui. Concessit rex et ipse instructos eos verbo veritatis ac fonte salutari ablutos de ingressu regni eterni certos reddidit. Hoc quilibet in statu carnifice mortem leti subire teporalis: per quam se ad vitam anime perpetuam non dubitabant esse transituros. Hoc ergo ordine postquam omnes britanniarum provincie fidem christi susceperant: suscepit et insula vecta: in qua tamen ob erumnam externe subiectionis nemo gradum ministerii ac se dis episcopalis ante Danibele qui nunc occidentalium Saxonum et Heuissorum est episcopus accepit. Sita est autem hec insula contra medium australium saxonum genuissorum interposito pelago latitudinis trium milium qui vocatur soluente. In quo videlicet pelago bimestris oceanus qui circum britanniam ex infinito oceano septentrionali erumpunt sibi inuicem quotidie copugnantes occurrit vltro hostium fluminis bohemia qui per terras vitorum qui ad regionem Heuissorum pertinet prefatum pelagus intrant: finitoque conflictu in oceanum refusi vnde venerant redeunt.

De synodo facta in campo Hedtsfeld presidente archiepo Theodoro.

Capitulum XVII

In temporibus audientibus Theodoro fidem ecclesie Constantinopoli perturbata: et ecclesias anglorum quibus preerat ab hominum labe immunes perdurare desiderans. Collecto venerabilium sacerdotum doctorumque plurimorum ceterum: cuius essent fidei singuli sedulus inquirebat omniumque vnanime in fide catholica repperit consensum. Et hanc synodalibus litteris ad instructionem memoriamque sequentium commendare curavit. Quarum videlicet litterarum illud exordium est

In nomine domini nostri Iesu christi salvatoris imperantibus dominis piissimis nostris Ecgrido rege Dumbrenensium anno .x. regni eius sub die .xv. kal. octob. indic. octava. et Egilredo regi mercinensium anno .vi. regni eius et Alidulfo rege estraglorum anno .xvii. regni eius et Lodtbario rege cantuariorum: regni eius anno .iiii. presidente ipso Theodoro gratia dei archiepo britannie insule et civitatis Doruvernensis: vna cum me sedentibus ceteris episcopis britannie insule viris venerabilibus propositis sacrosanctis euangelis in loco qui saxoico vocabulo Hedtsfeld nominatur pariter tractantes fidem rectam et orthodoxam exposuimus. Sicut dominus noster Iesus incarnatus tradidit discipulis suis: qui principaliter viderunt et audierunt sermones eius: atque sanctorum patrum tradidit symbolum: et generaliter omnes sancti et vniuersales synodi et omnis probabilius catholice ecclesie doctorum chorus. Nos itaque sequi nos pie atque orthodoxe iuxta diuinitus inspirata doctrinam eorum professi credimus consonanter et confitemur secundum sanctos patres proprie et veraciter patrem et filium et spiritum sanctum trinitatem et in vnitatem consubstantialem et vnitatem in trinitate: hoc est vnus deus in tribus subsistentibus vel personis consubstantialibus equalis glorie et honoris. Et post multa huiusmodi que ad recte fidei confessionem pertinebant: hoc quoque sancta synodus suis litteris addidit. Suscepimus sanctas et vniuersales quique synodos beatorum et deo acceptabilium patrum: id est qui in niceana congregati fuerunt. ecc. xviii. contra Arium impiissimum et eiusdem dogmata. Et in Constantinopoli. cl. contra vesania Damascenorum et eudoxi et eorum dogmata. Et in Ephesorum primo ducentorum contra nequissimum nestorium et eiusdem dogmata. Et in calcedone ducentorum et triginta contra Euthimum et nestorium et eorum dogmata. Et iterum in Constantinopoli quinto congregati sunt concilio in tempore Iustiniani minoris contra Theodoros et theodorici et eorum dogmata. Contra Cirillum et paulo post. Et synodus que facta est in urbe roma in tempore Martini pape beatissimi. indic. viii. imperante Constantino piissimo anno nono. Suscepimus et glorificamus dominum nostrum Iesu christum sic uti glorificauerunt nihil addentes vel

subtrahentes et anathematizamus corde et ore quos anathematizauerunt: et quos susceperunt suscipimus: glorificantes deum patrem sine initio: et filium eius unigenitum ex patre generatum ante secula: et spiritum sanctum procedentem ex patre et filio inenarrabiliter: sicut predicauerunt hi quos memorauimus supra sancti apostoli et prophetarum et doctores. Et nos omnes subscribimus quod cum Theodoro archiepiscopo fidem catholicam exposuimus.

De Joanne cantore sedis apostolice qui propter docendum venerat britanniam
Capitulum XVIII.

Atererat huic synodo pariterque catholice fidei decreta firmabat vir venerabilis Joannes archidiaconus ecclesie sancti apostoli Petri: et abbas monasterii beati Martini: qui nuper venerat a rhoma per iussione[m] pape Agathonis: duce reuerendissimo abbate cognomine Benedicto: cuius supra meminimus. Cum autem idem Benedictus destruxisset monasterium Britannie in honore beatissimi apostolorum principis iuxta ostium fluminis Duri: venit rhomam cum coopatore ac socio eiusdem operis Lolfrido: qui post ipsum eiusdem monasterii abbas fuit (quod et ante sepius facere consueuerat) atque honorifice a beate memorie papa Agathone susceptus est. petijtque et accepit ab eo monimentum libertatis monasterii quod fecerat epistola privilegij ex auctoritate apostolica firmatum: iuxta quod Egfridus regem voluisse ac licentiam dedisse nouerat. Quo procedente et possessione terre largiente ipsum monasterium fecerat: accepit et prefatum Joannem abbatem britanniam perducendum quatinus in monasterio suo cursum canendi annu sicut ad sanctum Petrum rhome agebat edoceret. Egijtque abbas Joannes ut iussione[m] acceperat pontificis: et ordine videlicet et ritu canendi ac legendi viua voce prefati monasterii cantores edocendo: at ea que totius anni circulo in celebratioue dierum festorum poscebat etiam litteris mandando. que habitenus in eodem monasterio seruata: et a multis iam sunt circūquaque transscripta. Non solum autem idem Joannes ipsius monasterii fratres docebat: verum de omnibus pene eiusdem prouincie monasterijs ad audiendum eum que cantando erant periti perfluebant. Sed et

ipsum per loca in quibus doceret multi inuitate curabant. Ipse autem excepto cantandi vel legendi munere: et aliud in mandatis ab apostolico papa acceperat: ut cuius esset fidei anglorum ecclesia diligenter edisceret: rhomam rediens referret. Nam et synodum beati pape Martini cum episcoporum consensu non multo anterhome celebrata: contra eos maxime qui vna in christo operatione et voluntate predicabant secum veniens attulit: atque in prefato religio sissimi abbatis Benedicti monasterio scribendam commendaui. Tales namque eo tempore constantinopolitane ecclesie multum turbauerat. Sed domino donante predicti iam et vinciti sunt. Unum volens Agatho papa sicut in alijs prouincijs ita etiam in britannia. qualis esset statum ecclesie discere. Hoc negocium reuerendissimo abbati. Joanni britanniam destinato in iunxit quod bene collecta. per hunc in britannia synodo quam diximus inuenta est in omnibus fides inuiolata catholica: datumque illi exemplar eius rhomam perferendum. Verum ille patriam reuertens non multo postque oceanum transijt arreptus infirmitate: ac defunctus est. Corpusque eius ab amicis propter amorem sancti Martini cuius monasterio perat Turonis delatum atque honorifice sepultum est. Nam et benigne ecclesie illius hospitio cum britanniam iret exceptus est: rogatusque multum a fratribus ut rhomam reuertens illo itinere reuertere: atque ad eam diuerneret ecclesiam. Denique ibidem adiutores itineris et iniuncti operis accepit: qui et in itinere defunctus est: nihilominus exemplum catholice fidei anglorum rhomam perlatum est. atque ab apostolico papa omnibus que audire vel legere gratatissime susceptum.

Ut Edildrida regina perpetua permanserit. Cuius nec corpus in monumento corrumpi poterit.

Capitulum XIX.

Accepit autem rex Egfrid coniugem nomine Edildridam: filiam Anne regis orientaliū anglorum: cuius sepius mentionem fecimus viri bene religiosi ac per omnia mente et opere egregij. Quam et alter ante illum vir habuerat uxorem: principem videlicet australium giruorum vocabulo Tondbrecht. Sed illo post modicum temporis ex quo eam accepit defuncto: data est regi prefato. Cuius consortio cum vteretur duodecim annis perpetuo tamen mansit vir

V
catholice
tenuerat

Ecclesiastice historie gentis Anglorū

ginitatē integritate gloriosa: sic mihimet
sciscitanti. Cū hoc an ita est: quibusdā ve
nisset ī dubiū beate memorie **Uilfrid** ep̄s
referebat dicens se testē virginitatē ei⁹ esse
certissimū adeo vt **Ecgfridus** pmiserit se
ei terras ac pecunias multas esse donatur
si regine possit psuadere ei⁹ vti connubio
q̄ sciebat illā nullū viroz plus illo dilige
re. Nec diffidendū est nostra etiā etate fie
ri potuisse qd̄ euo precedēte aliquoties fa
ctū fideles historie narrant: donante vno
eodēq̄ domino: qui se nobiscū vsq̄ ī finez
seculi manere pollicet. Nā etiā signū di
uini miraculi quo eiusdez femine sepulta
caro corrumpi nō potuit indicio est: quia
virili p̄tactu incorrupta durauerat. Que
multū diu regē postulans: vt seculi curas
relinquere: atq̄ ī monasterio tantuz vero
regi christo seruire permitteret: vbi vit ali
quādo impetrauit. Intrauit monasteriū
Ebbe abbatisse q̄ erat amita **Ecgfridi** reḡ
posito in locū quē **Eolud** urbē nomināt:
accepto velamine sanctimonialis habit⁹
a p̄fato antistite **Uilfrido**. Post annuz 30
ip̄a facta est abbatissa in regione q̄ vocat̄
Elge. vbi p̄structo monasterio virginū dō
deuotaz p̄plurimū mater virgoz et exemplis
vite celestis esse cepit et monitis. De qua
ferē: quia ex quo monasteriū petijt nunq̄
lineis: sed solū laneis vestimētis vti volu
erit. raroq̄ ī calidis balneis p̄ter iminen
tibz solēnijs maioribz. vbi gratia: pasche:
pentecostes: epiphanie: lauari voluerit: et
tā nouissima oim lor̄ pri⁹ suo suarūq̄ mi
nistrarū obsequio ceter̄ q̄ ibi essent famu
labz ch̄ri. Raro p̄ter maiora solēnia vel ar
tiorē necessitatē plusq̄ semel p̄ diē mādu
cauerit semp: si nō infirmitas maior p̄bi
buisset. Ex tpe matutine synaxios vsq̄ ad
ortū diei ī ecclia p̄cibz intenta persistit.
Sūt etiā q̄ dicūt q̄ p̄pheticē sp̄m et pestilē
tiam q̄ ip̄a eēt moritura p̄dixerit: et numez
quoq̄ eoz qui de suo monasterio h̄ esset d̄
mundo rapiēdi palaz cunctis p̄sentibz in
timauerit. Rapta est aut̄ ad dñm ī medio
suoz post annos q̄tuor: ex quo abbatisse
graduz susceperat. Et ea q̄ vt ip̄a iusserat
nō alibi q̄ ī medio eoz iuxta ordinem q̄
transierat ligneo ī locello sepulta. Cui suc
cessit ī ministeriū abbatisse soroz ei⁹ **Ser
burb** quam habuerat ī cōiugem. **Earcō**

brecht rex cantuariorū. et cū decem annis
esset sepulta placuit eidez abbatisse leuari
ossa ei⁹ et in locello nouo positam in eccie
siam trāfferri. Iussitq̄ quosdā efratribz
querere lapidem de quo locellū in hoc fa
cere possent: qui assensu nauī ip̄a ei regio
eligiēdi q̄ est aquis et paludibz circūdata
neque lapides maiores habet: venerūt ad
ciuitatulam quōdāz desolatam non p̄cul
inde sitam que lingua angloz **Brandace**
stir vocat̄. et mox iuenerūt iuxta muros ci
uitatis locellū de marmore albo pulcerra
me factū: operculo quoq̄ similis lapidis
aptissime tectū. Unde intelligentes a do
mino suū iter esse p̄speratū gratias agen
tes retulerūt ad mōasteriū. Cūq̄ corp⁹ sa
cre virginis ac sponse christi ap̄erto sepul
cro esset prolatum in lucē ita incorruptū
inuentū est ac si eodē die esset defuncta si
ue humo cōdita: sicut et p̄fatus antistes
Uilfrid et mlti alij qui nouere testant̄. S̄
certiori noticia medic⁹ **Linitfrid** que p̄
sens illa eleuata de tumulo affuit qui et re
ferre erat solitus q̄ illa infirmata habue
rit tumorem maximuz sub maxilla. Iusse
runt me inquit incidere tumore illū vt efa
lueret noxi⁹ humor qui inerat. Qd̄ duz fa
cerē videbat̄ illa per biduum aliquanto le
ui⁹ habere: ita vt multi putarent q̄ sana
ri posset a languore. Tertia autem die pri
oribus aggrauata doloribz et rapta confe
stim de mundo dolorem omnē ac mortem
p̄petua salute ac vita mutauit. Cūq̄ post
annos eleuāda essent ossa de sepulchro: et
extento desup papilionē omnis congrega
tio hic fratrum inde sorozum psalles cir
cūstaret. Ipsa autem abbatissa intus cum
paucis ossa eleuatura et delatura itraffet
repente audiuius abbatissam intus cla
ra voce proclamare. sit gloria nomini do
mini. Nec multo post clamauerunt me in
tus reserato ostio papilionis vndiq̄ ele
uatum de tumulo et posituz in lectulo cor
pus sacre deo virginis quasi dormientis
simile. Sed et disco operto vultus indu
mento monstrauerunt mihi et iam vuln⁹
incisure quod feceram curatum ita vt mi
rum in modum pro ap̄erto et hiantē vul
nere cuz quo sepulta erat tenuissima tunc
cicatricē vestigia appareret. Sed et linte
amina omnia quibus inuolutum erat cor

M. dicitur S. Virg. qui supra
 pus integra apparuerūt. et ita noua vt ipso die viderent castis ei⁹ membris esse circū data. Ferunt autem que cū prefato tumore ac dolore maxillæ suæ colli premeretur multum delectata sit hoc genere infirmitatis ac solita dicere. Scio certissime quia merito in collo pondus languoris porto: in quo iuenculam memini me supuacua monilium pondera portare: et credo quod id me supna pietas dolore colli voluit grauari vt sic absoluar reatu supernacue leuitatis: duz mihi nunc pro auro et margaritis decollo rubor tumor ardorq; promineat. Contigit his tactu indumentorum eorundem et demonia ab obsessis fugata corporibus. et infirmitates alie aliquoties esse curatas. Sed et loculū in quo primo sepulta est nonnullis oculos dolentibus saluti fuisse perhibent. Qui cum suum caput eidem loculo apponentes orassent. mox doloris siue caliginis incomodum ab oculis amouerent. Lauerunt igitur virgines corpus: et nouis indutum vestibus intulerunt in ecclesiam: atq; in ea quod allatus erat sarcophago posuerunt: vbi vsq; hodie in magna veneratiōe habet. Virum hō immoduz

ita aptū corpi virginis sarcophagū inuentuz est: ac si ei specialiter preparatum fuisset. et locus quoq; capitis seorsum fabricatus ad mensurā capitis illi⁹ aptissime figuratus apparuit. Est autem Elge in provincia orientaliū Anglorum regio familiarū circiter sexcentorum insulitū dinem insule vel paludibus (vt diximus) circumdata vel aquis. vnde et a copia anguillarum que in istis paludibus capiuntur nomē accepit: vbi monasterium habere desiderauit memorata christi famula: quoniā de provincia eorundem orientalium Angloruz ipsa: vt prefati sumus: carnis originē duxerat.

Hymnus de illa
 Caplm. XX.

Uidet opportunum huic historie etiam hymnū virginitalis inserere: quem ante annos plurimos in laudem ac preconium eiusdem regine ac sponse christi (Et ideo veraciter regine quo sponse christi) eleiaco metro compositum et imitari more sacre scripture: cuius historie carmina plurima indita: et huius metro ac versibus constat esse composita.

Ima deus trinitas q̄ secula cuncta gubernas:
 Annue nūc ceptis alma deus trinitas
 Bella maro resonet: nos pacis dona canamus
 Munera nos christi bella maro resonet
 Carmina casta mihi fede nō raptus Helene:
 Illuxus erit lubricus carmina casta mihi.
 Dona superna loquar: misere nō prelia troie:
 Terra quibus gaudet dona superna loquar.
 En deus altus adiit venerande virginis aluum.
 Liberet vt homines en deus altus adiit.
 Femina virgo parit mundi deuota parentē:
 Porta Maria dei femina virgo parit.
 Gaudet amica cohors de virgine matre tonantes
 Virginitate micans gaudet amica cohors.
 Huius honor genuit casto de germine plures:
 Virgineos flores huius honor genuit.
 Ignibus vsta feris virgo nō cessat agathe:
 Eulalia perfert ignibus vsta feris.
 Casta feras superat mentes p̄ culmina tecla:
 Eufemia sacras casta feras superat.
 Leta ridet gladios ferro robustior agnes:
 Lecilia infestos leta ridet gladios.
 Vultus in orbe viget per sobria corda triumphos:
 Sobrietatis amor multus in orbe viget.

Ecclesiastice historie gentis Anglorū

Nostra quoq̄ egregia iam tempora virgo beavit
 Edildrida nitet nostra quoqua egregia.
 Quia patre eximio regali z stemata clara:
 Nobilior domino est orta patre eximio
 Percipit inde decus regina z scepra sub astris:
 Plus supra astra manēs pcipit inde decus.
 Quid petis alma virū sponso iam dedita summo:
 Sponsus adest christus quid petis alma virū.
 Regis vt etherei matrē iam credo sequaris
 Tu quoq̄ sis mater regis vt etherei.
 Sponso dicata deo bis sex regnauerat annis:
 Inq̄ monasterio est sponsa dicata deo.
 Toto sacrata polo cellis vbi floruit actis:
 Reddit atq̄ animā tota sacrata polo.
 Virginis alma caro est tumultata bis octo nouembriis:
 Nec putet in tumulto virginis alma caro
 Christe tui est operis q̄ vestis z ipa sepulchro.
 Inviolata nitet tui est operis.
 Hydros z ater abit sacre p̄ vestis honore:
 Horbi diffugiunt hydros z ater abit.
 Zelus in hoste furit q̄ndam qui vicerat euā:
 Virgo triūphat ouans zelus in hoste furit.
 Aspice nupta deo que sit tibi gloria terris:
 Que maneat celis aspice nupta deo.
 Munera leta capis festiuis fulgida tedis:
 Ecce venit sponsus munera leta capis.
 Et noua dulcisono modularis carmina plectro:
 Spōso hymno exultas z noua dulci sono.
 Nullus ab alti throni comitatu segregat agni:
 Quā effectū tulerat nullus ab alti throni

Ut Theodorū ep̄us inter Ecgfriduz z
 Edilredum reges pacem fecerit.
 Caplm. XXI.

Anno Ecgfridi nono p̄serto gras
 uip̄lio int̄ ipm z Edilredū reges
 mercioz iuxta flumiū Treāta occi
 cisus est Elbami frater regis Ecg
 fridi iuuenis circit̄. xiiij. annoz vtriq̄ p̄
 uincie multū amabilis. Nā sororem eius
 q̄ dicebat Ostbridi rex Edilred hēbat vt
 orē. Lūq̄ materies belli acrior̄ et inimici
 cie lōgioz̄ int̄ reges p̄losq̄ feroces vide
 ref exorta Theodor⁹ deo dilect⁹ antistes
 diuio fret⁹ auxilio salutifera exhortatiōe
 ceptū tāti piculi fundit⁹ extiguit icēdiū:
 adeo vt pacat⁹ alterutrum regib⁹ ac p̄lis
 nulli⁹ aīa hoīs p̄iterfecto regis fratre: s̄ de
 bita solūmodo multa pecunia regi vltori
 daret. Qui⁹ federa pacis multo ex inde tpe
 int̄ eosdem reges: eozūq̄ regna durarūt.

Ut vincula cuiusdam captini cum peo
 misse cantarent soluta sint. *18 vincta*
 Caplm. XXII. *p̄ iacob. solu.*

Ep̄fato aut̄ plio q̄ occisus est rex
 Elbuini memorabile q̄ddā factuz
 eē p̄stat: qd̄ nequaq̄ silentio p̄ter
 eundū arbitroz: sed multoz saluti
 si ferat fore p̄ficuū. Occisus ē ibi int̄ alios
 s̄ militia ei⁹ iuuenis vocabulo huma: q̄ cū
 die illo z nocte seq̄nte int̄ cadauera occiso
 rū silis mortuo iaceret: tandē recepto spū
 reuixit: ac residēs sua vulnera p̄ut potuit
 ip̄e alligauit. Deīde modicū q̄scēs leua
 uit se z cepit abire sic: vbi amicos q̄ sui cu
 rā agerēt posset iuenire. Qd̄ dū faceret in
 uer⁹ ē z capt⁹ a viri⁹ hostil̄ exercit⁹: z ad do
 minū ipoz comitē vicz Edilredi regis ad
 duct⁹. A q̄ iterrogat⁹ q̄s eēt timuit se mili
 tē fuisse p̄fiteri: rusticū se poti⁹ z pauperē:
 atq̄ vxoreo vinculo colligatuz fuisse rēdit:

et propter victus militibus ad ferendum in expeditio-
 ne se cum suis sibi venisse testatur. At ille suscipiens eum: curam vulneribus egit. et ubi
 sanari cepit nocte eum ne auferret vinciri
 precepit: nec tamen vinciri potuit. Nam mox ut
 abire quod vincierat eadem sunt eius vincula so-
 luta. Habebat ei germanum fratrem: cui nomen
 erat Tuma presbyter et abbatem monasterii in
 civitate que hactenus ab eius nomine Tumiacestrum
 cognominatur. Qui cum eum in pugna percipit au-
 dierit venit querere: si forte corpus eius invenire
 posset. Invenitque alium illum pro omnia simillimum
 putavit ipsum esse. quem ad monasterium suum defe-
 rens honorifice sepeliit. Et per absolutio-
 nem eius septem missas facere curavit. Quas
 celebratio facta est quod dixit: ut nullus eum pos-
 set vincere quam continuo solueret. Interea co-
 mes que eum tenebat mirari et interrogare ce-
 pit: quare ligari non posset: an forte liras solu-
 torias de quibus fabule ferunt apud se haberet per
 quas ligari non posset. At ille respondit nihil tali-
 um artium nosse. Sed habeo fratrem inquit pres-
 byterum in mea provincia: et scio quod ille me inter-
 fectum putas. pro me missas crebras facit: et si
 nunc in alia vita essem ibi anima mea pro intercessi-
 onibus eius solueret a penis. Quibus aliquando
 tempore apud comitem teneret adversum eum
 diligenter considerabant ex vultu et habitu et
 sermonibus eius quod non erat de pauperibus vulgo ut
 dixerat: sed de nobilibus. Tunc secrete advo-
 cas eum comes interrogavit intentus: unde esset:
 promittens nihil ei mali facturum pro eo si simpli-
 citate sibi que esset pateret. Quod dum ille faceret
 ministrum se regis fuisse manifestas: respondit. et
 ego pro singula tua responsa cognoveram quod ru-
 sticus non eras. Et nunc dignus es morte. quia
 omnes fratres et cognati mei in illa sunt pugna in-
 terempti: nec tamen occidam ne fide quam
 promisi pariter. Ut ergo qualiter vendit eum
 Londoniam fresoni cuidam: sed nec ab illo:
 nec cum illo duceret vllatenus potuit alliga-
 ri. Verum cum alia atque alia vinculoz genera-
 hostes imponeret: cumque vidisset que emerat
 eum vinculis non potuisse cohiberi dona-
 vit ei facultatem se redimendi: si posset. A
 tertia autem hora quando missa fieri solebat se-
 pissime vincula soluebantur. At illo dato in-
 reuerendo ut rediret vel pecuniam illi pro se mit-
 teret venit Cantua ad regem Lodheri qui
 erat filius sororis Edildride regine: de qua
 supra dictum est: qui et ipse quondam eiusdem

regie minister fuerat: petijtque et accepit ab
 eo precium sue redemptionis: ac suo domino pro se
 ut promiserat misit. Qui post hec patriam re-
 uersus atque ad suum fratrem perveniens replica-
 vit ex ordine cuncta que sibi adversa: que in ad-
 versis solacia pervenissent. Cognovitque re-
 ferente eo illis maxime reprobis sua fuisse vincu-
 la soluta quibus pro se missas fuerant celebrata
 solentia. Sed et alia que picitanti ei comoda
 contigerant et prospera. pro intercessionem frater-
 nam et oblationem hostie. salutaris celitus sibi fu-
 isse donata intellexit. Multique hec a prefato
 viro audientes accensi sunt in fide ac deuotio-
 ne pietatis adorandi: vel elemosinas faci-
 endas vel offerendas domini victimas sacre
 oblationis pro reptione suorum que de seculo mi-
 grauerant. Intellexerunt enim quod sacrificium
 salutare ad redemptionem valeret et anime et cor-
 poris sempiternam. Hanc mihi historia etiam
 hi qui ab ipso viro in quo facta est audire
 narraverunt: unde etiam qui aliquando comperi indu-
 bitanter historie nostre ecclesiastice inseren-
 dam credidi.

De vita et obitu Hilde abbatisse.

Capitulum. XXIII.

Anno post hunc sequente: scilicet anno do-
 minice incarnationis. DCXXX. religi-
 osissima christi famula Hilda ab-
 batissa monasterii quod dicitur Stre-
 neshaich: ut supra retulimus. post multa que
 fecit in terris opera celestia ad percipien-
 da premia vite celestis de terris ablata transi-
 vit die. xv. kalendas decembris cum esset an-
 norum. lxxj. quibus equa partitione diuisis. xxx-
 iij. annos in seculari habitu nobilissime: con-
 uersata compleuit. Nam et nobilis natu erat
 hoc est filia nepotis Eduini regis vocabu-
 lo Heririci: cum que etiam rege ad predicationem
 beate memorie Paulini primi Fordanhim
 brozum episcopi fide et sacramenta christi sus-
 cepit: atque hanc usque dum ad eius visionem pue-
 nire meruit intemerata seruauit. Que cum
 relicto habitu seculari illi soli suire decre-
 uisset: secessit ad provinciam orientalem anglo-
 rum. Erat namque propinqua regis illius: desu-
 derans exinde si quo modo posset derelin-
 cta patria: et omnibus quecumque habuerat gal-
 liam pervenire: atque in monasterio Late-
 pegrinam pro domino vitam ducere: quo facili-
 us perpetuam in celis patriam posset mereri.

Ecclesiastice historie gentis Anglorū

Nā z in eodē monasterio soror ipsius Heger-
resuid mater Aldulfi regis orientaliū An-
glorū regularibz subdita disciplinis: ipō
tpe coronā expectabat eternaz. Cui⁹ emu-
lata in exemplū z ipa pposito peregrinā-
di annū totū in prefata puincia retenta ē.
deinde ab Aidano episcopo patriā reuo-
cata accepit locū vnius familie ad septē-
trionalē plagaz muri fluminis: vbi eq̄ an-
no vno monachicā cuz p paucis socijs vi-
tam agebat. Post hec facta ē abbatissa in
monasterio qd vocat Herutheu: qd vicz
mōasteriū factū erat n̄ mlto añ a religiosa
christi famula Heiuque prima fem in arū
ferē in prouincia Flordanbimbroz pposi-
tū vestem qz sanctimonialis habitus con-
secrāte Aidano episcopo suscepisse. Sz
illa post n̄ multū tēpus facti monasterij se-
cessit ad ciuitatem calcariam que a gente
anglorū Kaelcacestir appellat: ibiqz man-
sionē sibi instituit. Prelata autē regimini
monasterij illi⁹ famula christi Hilda: mox
hec regularem vitam per omnia put a do-
ctis viris discere poterat: ordinare cura-
bat. Nam z epus Aidan et quiqz nouerāt
eam religiosi pro insita ei sapiētia z amo-
re diuini famulatus sedulo eā visitare: ob-
nix amare: diligēt: erudire solebant. Cū
ergo aliquot annos huic monasterio regu-
laris vite institutiōe multuz itenta p̄fesset:
cōtigīt eam suscipere etiam cōstruendum
siue ordinandum monasterium in loco q
vocat Streneshalch. quod opus sibi in-
iūctū nō segnit̄ impleuit. Nam eiusdez q̄-
bus prius monasteriū etiam hoc discipli-
nis vite regularis instituit. Et quidē mul-
ta inibi quoqz iusticie: pietatis z castimo-
nie: ceterarūqz virtutū: sed maxime pacis
z charitatis custodiam docuit: ita vt in ex-
empluz p̄mitiue ecclesie nullus ibi diues
nullus egens: omnibus essent omnia cōmu-
nia cū nihil cuiusqz esse videret p̄p̄iū. Tā-
te aut̄ inerat ipa prudentie vt nō solū me-
diocres quiqz i necessitatibz suis: sed etiaz
reges ac p̄ncipes nōnunqz ab ea consiliuz
quererēt z inuenirēt. Tantum dilectioni
diuinarū scripturarum suos vacare sub-
ditos: tantum opibz iusticie se exercere fa-
ciebat: vt facillime viderent̄ ibidez qui ec-
clesiasticū gradū: hoc ē altarj officiū apte
sibi et plurimi posse reperiri. deniqz qn̄

qz ex eodē mōasterio postea ep̄os vidim⁹:
z hos om̄s singularis meriti ac sc̄t̄itatis
viros: quoz hec sūt nom̄ia. Bosa. Actla:
Ostfor. Joānis et Ulfrid. Depmo supra
diximus qz de Buraci fuerat p̄secrat⁹ an-
tistes. De secundo breuiter intimandū qz
in ep̄iscopatū Dorcicestre fuerit ordina-
tus. De vltimis infra dicendū ē qz eoz pri-
mus Dagustaldensis. sc̄os Eburacēsis ec-
clesie ordinat⁹ ep̄iscopus. De medio nūc
dicamus qui cuz i vtroqz Hilde abbatisse
monasterio lectioni z obseruatiōi scriptu-
rarū operā dedisset: tandem p̄fectiora desi-
derās venit Cantuā ad archiep̄m beate re-
cordatiōis Theodoruz: vbi postea q̄ aliqz
diu lectiōibz sacris vacauit: z iam rhomas
adire curauit. qd eo tempis magne virtu-
tis estimabat. Et inde cū rediens britāniā
adiisse diuertit ad puincia Duicciorum.
cui⁹ tūc rex Ofric p̄fuit: ibiqz verbuz fidei
p̄dicās simul z exempluz viuēdi sese viuē-
tibz atqz audiētibz exhibēs multo tpe mā-
sit. Quo tempore antistes prouincie illius
vocabulo Bosel: tanta erat corporis infir-
mitate depressus vt officiuz ep̄iscopatus
per se implere nō posset. Propter quod oī
iudicio prefatus vir in ep̄iscopatū pro eo
electus: ac iubente Edilredo rege p̄ Ul-
fridum beate memorie antistitem qui tūc
temporis mediterraneoz Anglorum epi-
scopatū regebat ordinatus ē: pro eo qz ar-
chiep̄iscopus Theodorus iam defunct⁹
erat: z nōdum alius pro eo ordinatus ep̄-
scopus. In quā vicz prouinciaz paulo ante.
hoc est. ante p̄fatum virum dei Boseluz:
vir strenuissim⁹ et doctissimus atqz excel-
lent⁹ ingenij vocabulo Tatfrid de eiusdē
abbatisse monasterio electus est antistes.
Sz priusqz ordinari posset morte imatura
prereptus est. Nō solum autē prefata chri-
sti ancilla z abbatissa Hild: quam omnes
qui nouerant ob in signe pietatis z gratie
matrem vocare consueuerant. In suo mo-
nasterio vite exemplo presentibz extitit: sz
etiam in plurimis longius manentibus
ad quos felix industrie ac virtut⁹ eius ru-
mor peruenit occasionem salutis et corre-
ctionis ministravit. Oportebat namqz im-
pleri omnium qd mater eius Bregusuid
in infantia eius vidit. Que cum viro eius
Beriric epularet sub rege bitonum Cerdi

ce qui et veneno perijt: vidit p̄ somniū q̄si
 subitofublatum cum quem quesierit cum
 omni diligētia: nullūq; eius v̄spiam vesti-
 gium apparuerit. Uerū cum solertissime il-
 lum quesisset reperire sub veste sua monile
 p̄ciosissimū: qd̄ dū attentius cōsideraret
 tāti fulgore luminis refulgere videbatur
 vt omnes Britānie fines illi⁹ gratia splē-
 doris implet. Quod nimiz somniū vera-
 citer in filia eius de qua loq̄mur expletus
 est. Cuius vita nō sibi solūmodo: sed mul-
 tis bene viuere volentib; exempla operuz
 lucis p̄buit. Verum illa cum mult; annis
 huic monasterio p̄sset: placuit pio prou-
 fori salutis nostre sanctam eius aīam lon-
 ga etiaz infirmitate carnis examinarī: vt
 iuxta exemplū apostoli virt⁹ eius in infir-
 mitate p̄ficere. Percussa etenim febrib;
 acriter cepit ardore fatigari. Et p̄ sex cōti-
 nuos annos eadem molestia laborare nō
 cessabat: in quo toto tēpore nunq; ip̄a v̄l
 conditori suo gratias agere v̄l cōmissum
 sibi gregem et publice et puatiz docere pre-
 termittebat. Nam suo p̄claro exēplo mo-
 nebat oēs et in salute accepta coporis do-
 mino obtēperanter seruiendū: et in aduer-
 sis reb; siue infirmitatib; mēbroz fidelit̄
 domino eē gratias semp agēdas. Septi-
 mo ergo sue infirmitatis anno conuerso
 ad intranea dolore ad diē puenit vltimū.
 Et circa gallicantū p̄cepto viatico sacro
 sancte cōmuniōis: cū accersicis ancillis
 christi que erant in eodem monasterio de-
 seruanda eas inuicem: imo cum oibus pa-
 ce euangelica ammoneret. Inter q̄ba ex-
 hortationis leta mortē vidit: imo (vt q̄bis
 domini loquar) de morte transiit ad vi-
 tam. Qua videlicet nocte domin⁹ om̄ipo-
 tēs obitū ipsius in alio lōgius posito mo-
 nasterio qd̄ ipsa eodez anno cōstruxerat:
 et appellat Bacanos manifesta visio re-
 uelare dignatus est. Erat in eodem mona-
 sterio quedaz sanctimonialis femina no-
 mine Bega: q. xxx. et amplius ānos dedi-
 cata domino in virginitate i monachica
 conuersatiōe seruiebat. Hec tunc in dor-
 mitorio soroz; pausans/ audiuit subito
 in aere notū cāpane sonū quo ad oratio-
 nes excitari v̄l conuocari solebant: cum
 quis eoz de seculo fuiss; euocatus: aper-
 tisq; (vt sibi videbatur) oculis aspexit dos

mus culmine fusam desup lucē oīa reple-
 uisse. Cui videlicet lucido cū sollicita inten-
 deret: vidit aīam p̄fate dei famule in ipsa
 luce comitātib; ac ducētib; angel ad celū
 ferri. Cūq; somno excussa videret ceteras
 pausantes circa se sorozes: intellexit v̄l in
 somnio/ v̄l in visione mētis ostēsū sibi
 esse qd̄ viderat. Statimq; surgens nimio
 terrore p̄terita/ cucurrit ad p̄ginē q̄ tunc
 monasterio abbatisse vice p̄fuit: cui nomē
 erat Frigit: fletuq; ac lachrymis multū p̄-
 fusa: ac suspiria longa trabēs/ nunciauit
 matrē illaz oīm Hild abbatissam iam mi-
 grassē de seclō. Et se aspectante cum luce
 immēsa ducib; angelis/ ad eterna lumina
 lucis et supnoz p̄fortia ciuium ascendisse.
 Quod cū illa audiss; / suscitauit cunctas
 sorozes: et in ecclesia cōuocatis oratiōib;
 ac psalmis/ p̄ania matris opam dare mo-
 nuit. Quod cū residuo noctis tēpore dili-
 genter agerent: venerunt primo diluculo
 fratres qui eius obitum nūciauerūt a lo-
 co vbi defuncta est. At illi respōdentes di-
 xerunt se prius eadem cognouisse: et cum
 exponerēt p̄ ordinē quō hec/ v̄l quādo di-
 dicissent: inuentum est eadem hora trāsi-
 tum eius illi ostensum esse p̄ visionē. quia
 illic referebāt et exisse de mūdo. pulchraq;
 rerū cōcordia p̄curatū est diuinit⁹: vt cū
 illi exitū eius de hac vita viderent. tūc isti
 introitū eius in p̄petuā animarū vitā co-
 gnoscerēt. Distāt aut̄ inter se monasteria
 hec. xvi. ferme milib; passuū. Ferē autē q̄
 eadē nocte in ipso quoq; monasterio vbi
 p̄fata dei famula obiit/ cuidam virgini
 deo deuote que illam immēso amore dili-
 gebat/ obitus illius in visione apparuerit:
 que animā eius cū angelis ad celū ire cō-
 spexerit: atq; hoc ipsa qua factuz est hora
 bis q̄ secum erāt famulab; ch̄i manifeste
 narrauerit: easq; ad orādū p̄aia ei⁹ etiam
 pus q̄ cetera cōgregatio ei⁹ obitū cogno-
 uisset excitauerit. Qd̄ ita fuisse factū mox
 cōgregatiōi manifeste innotuit. Erat em̄
 hec ipsa hora cū alijs nōnullis ch̄i ancil-
 lis in extremis monasterij locis seorsum
 posita: vbi nup veniētes ad cōuersionē fe-
 mine solebāt p̄bari: donec regulariter insti-
 tute in societate p̄gregationis suscipent.

¶ In monasterio eius fratri cuidaz car-
 nendi gratia diuinitus sit cōcessa.

Ecclesiastice historie gentis Anglorum

Capitulum. XXIII.

F huius monasterio abbatisse fuit frater quidam diuina gratia specialiter insignis: qui carmina religioni et pietati apta facere solebat: ita ut quicquid ex diuinis litteris per interpretes disceret: huius ipse post illius verbis poeticis maxima suauitate et compositioe compositis in sua id est angloꝝ lingua perferret. Cuius carminibus multorum sepe animi ad contemptum seculi et ad appetitum sunt vite celestis accensi. Et quidem et alij post illum in gente Anglorum religiosa poemata facere tenebant sed nullus ei equipari potuit. Namque ipse non ab hominibus neque per hominem institutus canendi artem didicit: sed diuinitus adiutus gratia canendi donum accepit. Unde nihil unquam frivolum superuacuum poematis facere potuit: sed ea tantummodo que ad religionem pertinent religiosa lingua docebat. Si quidem in habitu seculari usque ad tempora perfectioris etatis constitutus nil carminum aliquando didicerat. Unde nonnunquam in conuiuio cum esset leticie causa decretum ut omnes per ordinem cantare deberent: ille ubi appropinquare sibi citissime cernebat surgebat a media cenarum egressus ad suam domum residebat. Quod dum tempore quodam faceret et relicta domo conuiuium egressus esset ad stabula iumentorum que ei custodia nocte illa erat delegata: ibique hora competenti membra dedisset sopori: astitit ei quidam per somnium: cumque salutans ac suo appellans nomine: Cedmon inquit: cantamibi inquit. At ille respondit. Nescio inquit cantare. Nam et ideo de conuiuio egressus huc secessi: quia cantare non poteram. Rursum ille qui cum eo loquebatur. Atque ait: cantare mibi habes. Quid inquit habeo, cantare? At ille. Cantam inquit principium creaturarum. Quo accepto responso: statim ipse cepit cantare. in laudem dei conditoris versus quos nunquam audierat: quorum iste est sensus. Nunc laudare debemus auctorem regni celestis: potentiam creatoris et consilium illius facta patris glorie. Quod ille cum sit eternus deus omnium miraculorum auctor extitit. qui primo filium hominum celum per culmine tecti: de hinc terrarum cunctos humani generis omnipotens creauit. Sic est sensus: non autem ordo ipse verborum que dormiens ille canebat. Neque enim possunt carmina quibus optime com-

posita ex alia in aliam linguam ad verbum sine detrimento sui decoris ac dignitatis transferri. Exurgens autem a somno cuncta que dormiens cantauerat memoriter retinuit: et his mox plura in eundem modum verba deo digni carminibus adiunxit. Veniensque mane ad vilicum qui sibi pererat: quid domi percipisset indicauit: atque ad abbatissam perductus iussus est multis doctis viris precibus indicare somnium: et dicere carmen ut vniuersorum iudicio quid vel unde esset quod referebat probaret. Cuiusque est omnibus celestem ei a domino concessam esse gratiam: exponebatque illi quaedam sacre historie siue doctrine sermonem precipientes eum si possit hunc in modulationem carminis transferre. At ille suscepto negotio abiit: et mane rediens optimo carmine quod videbat compositum reddidit. unde mox abbatissa amplexa gratiam dei in viro seculari illum habitum relinquere et monasticum suscipere propositum docuit. Susceptumque in monasterium cum omnibus suis fratribus cohorti associauit: iussitque illum serie sacre historie doceri. At ipse cuncta que audiendo discere poterat: rememorando secum quasi mundum animal ruminando in carmen dulcissimum conuertebat. suauisque resonando doctores suos vicissim auditores faciebat sui. Canebat autem de creatione mundi et origine humani generis: et tota Genesis historia. De egressu israel ex Egypto et ingressu in terram repromissionis. De alijs plurimis sacre scripture historijs. De incarnatione: diuina passione: resurrectione: et ascensione in celum: de aduentu spiritus sancti: et apostolorum doctrina. Item de terrore futuri iudicij: et horrore pene gehennalis ac dulcedine regni celestis multa carmina faciebat. Sed et alia plura de beneficijs et iudicij diuinis: in quo cunctos homines ab amore sceleris abstrahere: ad dilectionem dei et solertiam bone actionis excitare curabat. Erat enim vir multum religiosus et regularibus disciplinis humiliter subditus. Aduersum hominem illos qui aliter facere volebant zelo magni feruoris accensus. unde et pulchro vitam suam sine concluso. Nam propinquante hora sui discessus. xiiii. diebus preueniente corporea infirmitate pressus est: adeo tantum ut et loqui toto tempore posset: et ingredi moderate. Erat autem prima casa in qua infirmiores et qui

ppemorturi esse videbant induci solebat. Rogavit ergo ministrū suū vespere incubēte nocte qua de seculo esset transitorius ut in ea sibi locum quiescendi prepararet. Qui miratus cur hoc rogaret qui nequaquam ad huc moriturus esse videbatur: fecit tamen quod dixerat. Cumque ibidem positi vicissim aliter qua gaudente animo unacum eis qui ibidem antea inerant loquerentur ac iocarentur: et iam medie noctis tempus esset transcensum. Interrogavit si eucharistiam intus haberet. Respondebat quid opus est eucharistia: neque ei mori adhuc habes qui tam hilariter nobiscum velut sospes loqueris. Rursus ille et tamen ait. Afferte mihi eucharistiam. Qua accepta in manu interrogavit si oēs placidā erga se animā et sine querela et controversia ac rancoris haberent. Respondebant oēs: placidissimā se mentē ad illū et ab omni ira remotū habere: eūque vicissim rogabant placidam erga ipsos mentē habere. Qui confestim respondit. Placidā ego mentē filioli erga omnes famulos dei gero. Sicque se celesti munens viatico vite alterius ingressi paravit. Et interrogavit quā prope esset hora qua fratres ad dicendas domino laudes nocturnas excitari deberent. Respondebat Non longe est. At ille. Bene ergo. Expectemus horam illam. Et signans se signo sancte crucis inclinavit caput ad cervical: modicumque obdormiens ita cum silentio vitam finivit. Sicque factum est ut quomodo simplici ac pura mente tranquillaque devotione domino servierat: ita etiam tranquillaque morte mundū relinquens ad eius visionem veniret. Illaque lingua qua tot salutaria verba in laudem conditoris composuerat: vltima quoque verba in laudem ipsius signanda sese et spiritus suū in manu eius commendando clauderet. qui etiam prescius sui obitus extitisset ex his que narrauimus videres.

Qualis visio cuidam viro dei apparuerit postquam monasterium Colodane urbis esset incendio consumptum.

Capitulum. XXV.

In temporibus monasterium virginum quod Colodiurbē cognominatur: cuius et supra meminimus: pro culpa et incurie flammis absumptum est. Non tamē a malicia inhabitantium in eo et precii

pue illorum qui maiores esse videbant contigisse omnes qui nouere facillime poterunt aduertere. Sed non defuit puniendis ammonitio diuine pietatis: qua correcti per ieiunia: fletus: et preces iram a se instar flammam iustitiarum iudicis auerterent. Erat namque in eodem monasterio vir de genere Scottorum Adaman vocabulo: ducens vitam in continentia et orationibus multum deo deuotam: ita ut nil unquam sibi vel potus: excepta die dominica et quinta sabbati: perciperet. Sepe autem noctes integras paugil in oratione transiret. Que quidem illi districtio vite artioris primo et necessitate emendanda de sue prauitatis obuenerat: sed procedente tempore necessitate in consuetudinem verterat. Siquidem in adolescentia sua scelerat aliquid commiserat: quod commissum ubi ad consilium suum rediit grauissime exhorruit: et se pro illo puniendum a districto iudice timebat. Accedens ergo ad sacerdotem a quo sibi sperabat iter salutis posse demonstrari: confessus est reatum suum: petensque ut consilium sibi daret quo posset fugere a ventura ira. Qui audito eius commisso dixit. Grande vulnus grandioris curam medele desiderat. et ideo ieiunium: psalmis. et orationibus quantum vales insiste: quo pro occupando facies domini in confessione propitium eum inuenire merearis. At ille quem nimius ree conscientie tenebat dolor: et internis peccatorum vinculis quibus grauabatur oculis considerabat absolui. Adolescentior sum. inquit etate et vegetior corpore: quicquid mihi impositum fuerit agendum dum saluus fiam in die domini: totum facile feram etiam si tota nocte stando in precibus: si integram septimanam iubeas abstinendo. Qui dixit. Multum est ut tota septimana absque alimento corporis perdures sed biuanum vel triduanum satis est obseruare ieiunium. Hoc facito donec post modicum tempus rediens ad me quid facere debeas et quod diu penitentie insistere tibi plenius ostendam. Quibus dictis et descripta sibi mensura penitendi abiit sacerdos. Et in grante causa subita secessit Hybernia: unde originem duxerat: neque ultra ad eum iuxta suum predictum rediit. At ipse memor precepti eius: et promissi sui totum se lachrymis: penitentia: vigiliis scriptis et continentia macipauit. ita ut quanta solum sabbati et dominica sic predicti reficeret: ceteris septimae diebus ieiunium permaneret. Cumque

Ecclesiastice historie gentis Anglorum

faciendū suū Hyberniā secessisse: ibiq̄ defunctum esse audivisset: semp̄ ex eo tpe iuxta cōdictū eius memoratū cōtinētie modum observabat. Et q̄d causa diuini timoris semel ob reatum compūctus ceperat: iam causa diuini amoris delectat̄ p̄m̄is indefessus agebat. Quod dū multo tpe sedulus exequeret̄: contigit euz die quadaz de monasterio illo longius egressuz comitante secum vno de fratribz: pacto q̄ itine reredire. Qui cū monasterio p̄pinquarēt z edificia illi sublimiter erecta aspicerēt solutus est in lachrymas vir dei: z tristitiam cordis vultu indice prodebat. Quod intuens comes quare faceret inquisiuit. At ille. Lūcta inquit hec que cernis edificia publica v̄l p̄uata i primo estus ignis absumēs in cinerē cōuertet. Quōd ille audis ens mor vt intrauerūt monasteriū matricongregatiōis vocabulo Ebbe curauit indicare. At illa merito turbata d̄ tali p̄fatio vocauit ad se virum: z diligentius ab eo rem v̄l vnde hoc ipe nosset inquirebat. Qui ait. Super p̄occupat̄ noctu vigilis et psalmis vidi astantē mihi subito quenzdam incogniti vultus: cuius p̄sentia euz essem exterritus: dixit mihi: ne timerē: et quasi familiari me voce alloquēs. Benefacis inquit: quia tpe isto nocturno quietis non somno indulgere: sed vigilis z orōnibus insistere voluisti. At ego. Froui inquit multuz mihi esse necesse vigilis salutaribus insistere: z p̄meis erratibz sedulo doct̄ minū dep̄care. Qui adijciens. Verum inquit dicis: quia tibi z multis opus est peccata bonis opibz redimere: et euz cessant a laboribus rez tēporaliū tunc pro appetitu eternoꝝ bonoꝝ liberius laborare. sed hoc tamen paucissimi faciunt. Siquidez mō totum hoc monasteriū ex ordine perlustrans singuloꝝ casas ac lectos inspexi: z neminē ex omnibz p̄ter te erga sanitatē anime sue occupatum repperi: z oēs prozsus viri z femie aut somno torpent inertē: aut ad peccata vigilāt. Nam z domūcule q̄ ad orandū vel legēduz facte erant: nūc in comestationū: potationū: fabulationum: z ceterarum sunt illecebrarum cubilia cōuerse. Virgines quoq̄ deo dicatē contēpta reuerentia sue professiōis quotiēscūq̄ vacant texendis subtilioribz indumen-

tis operam dant: quibus aut seip̄as ad vicem sponsaz. in periculuz sui status adornēt: aut externoꝝ sibi viroꝝ amiciciā cōparent. Unde merito loco huic z habitatoribus eius grauis d̄ celo vindicta flammis seuientibz p̄parata est. Dixit autē abbatissa. Et quare non tuis hoc comptum mihi reuelari voluisti: Qui respondit. Timui p̄ter reuerentiā tuam ne forte nimī cōturbareris. Et tamē hanc cōsolationē habeas q̄ in dieb̄ hec tuis plaga nō superueniet. Qua diuulgata visione aliquantulum loci accole paucis dieb̄ timere: et se ipsis intermissis facinoribz castigare ceperunt. Verū post obitū ipsius abbatisse redierūt ad pustinas sordes: imo sceleratioꝝ fecerunt. Et cū dicerēt: pax et securitas ex templo p̄fate vltionis sūt pena mulctati. Que mihi cuncta sic esse facta reuerendissim̄ me cōpresbyter Eccl̄is referebat: q̄ tunc in illo monasterio degebat. Postea aut̄ discedētibus inde ob desolationē plurimis incolaz: in nostro monasterio p̄rimo tempore cōuersatus ibidēq̄ defunctus est. Hec ideo nostre historie inserenda credidimus: vt admonerem̄ lectorum operum dñi q̄ terribilis in cōsiliis sup̄ filios hoim: ne forte nos tēpore aliquo carnis illecebris seruiētes: minusq̄ dei iudiciū formidantes repētina ira eius corripiat: et v̄l t̄palibz damnis iuste seuiens affligat: v̄l ad p̄petuā p̄ditionē districtiꝝ exanimans tollat.

De morte Ecgfridi z Lotheri regum.

Capit̄. XXVI.

Anno dñice incarnationis. dclxxxiiij. Ecgfrid rex Flordāhiboꝝ misso Hyberniā cū exercitu duce be rechto vastauit misere gētē inozriā z natiōi āgloꝝ sp̄ amicissimā: ita vt in eccl̄is quidem: aut mōasterijs man̄ parceret hostilis. at insulam z quantuz valere armis arma repellebāt. Et inuocantes diuine auxilium pietatis celitus se vindicari cōtinuis deum p̄catiōibz postulabāt. Et quis maledici regnū dei possidere nō possunt. Creditū tamē est q̄ hi qui merito impietati sue maledicebāt ociꝝ penas sui reatus lucent. Siquidem anno post hūc proximo idem rex cum temere exercitū ad vastandū Pictoz p̄uinciam duxisset: multū

phibētibus amicis: et maxime beate memorie Ludbereco qui nup fuerat ordinatus episcopus. Introductus est simulatibus fugam hostibus in angustias inaccessorum montium et cum maxima parte copiarum quasi secum adduxerat extinctus: anno etatis sue. xl. regni autem. xv. die tertio decimo kalendas iunias. Et quidem ut dicitur. phibuerunt amici ne hoc bellum iniret: sed quoniam anno precedentem noluerat audire reuerendissimum Egberechtam ne Scoeciam nil se ledentem impugnarz. Datum est illi ex pena peccati illius ne tunc eos qui ipsum ab interitu reuocare cupiebant audiret. Ex quo tempore spes cepit et virtus regni Anglorum fluere ac retro sublapsa referri. Nam et Picti terram possessionis sue quam tenuerunt Angli et Scoeci qui erant in Britania: bristonium quoque pars non ulla libertatem receperunt quam et hactenus habent per annos circiter. xliij. Ubi inter plurimas gentes Anglorum vel interceptos gladio vel seruitio addictos: vel de terra Pictorum fuga lapsos: Etiam reuerendissimus vir domini Trumvini qui in eos episcopatus accepit: recessit cum suis qui erant in monasterio Ebbercurm: posito quidem in regione Anglorum sed in vicina freti quod Anglorum terras Pictorumque disternat eosque ubicumque poterat amicis per monasteria commendans ipse in sepe dicto famulorum famularumque dei monasterio quod vocatur Streaneshalch locum mansuionis elegit. Ibi cum paucis suorum in monachica districtione vitam non sibi solummodo: sed et multis utile plurimum annorum tempore duxit. Ubi etiam defunctus in ecclesia beati Petri apostoli iuxta honorem et vitam et gradum eius condignum conditus est. Preerat quidem tunc eidem monasterio regia regina Elfec: una cum matre etiam Flede: quaz supra fecimus mentionem. Sed adueniente illuc episcopo maximam regendi auxiliium simul et sue vite solacium de uota deo doctrix inuenit. Successit autem Ecgfrido in regnum Altfrit vir in scripturis doctissimus qui frater eius et filius Osuini regis esse dicebatur. Destructumque regni statum quibus intra fines angusti ore nobiliter recuperavit. Quo videlicet anno qui est ab incarnatione dominica. dclxxxv. Lothari canuariorum rex cum post Egberechtum fratrem suum qui non annis regnauerat: ipse duo decim annis regnasset mortuus erat. viij.

idus februarii. vulneratus namque est in pugna Australium Saxonum quasi contra eum Edric filius Egberechti aggregatus: et intermedendum defunctus. Ac post eum idem Edric anno uno ac dimidio regnauit. Quo defuncto: regnum illud aliquo tempore spacium reges duobus vel externi dispendiderunt: donec legitimus rex Uictred id est filius Egberechti confortatus in regno religione sui et industria gentem suam extranea inuasionem liberaret.

Ut vir domini Ludbereco sit episcopus. Utque in monachica adhuc vita positus vixerit vel docuerit. Caplm. xxvii.

Ipse etiam anno qui finem vite accepit rex Ecgfrid episcopus: ut diximus: fecerat ordinari Lindisfarnensium ecclesie virum sanctum et venerabilem Ludberechtum: qui insula parua que appellatur Farne et ab eadem ecclesia ferme millibus passuum in oceano procul abest: vitam solitariam annos plures in magna corporis et mentis continentia duxerat. Qui quidem a prima etate puericia studio religiose vite sperdebat. Sed ab ineunte adolescentia monachicum et nomen assumpsit et habitum. Intrauit autem primo monasterium Hailros: quod in ripa Tuidi fluminis positum: tunc abbas Eata vir omnimodum mansuetissimus ac simplicissimus gerebat. Qui propterea episcopus Hagustaldensis siue Lindisfarnensis ecclesie factus est: ut super memorauimus. An tempore illo propositus Boisil magnarum virtutum et prophetici spiritus sacerdos fuit. Huius disciplinatus Ludberecht humiliter subditus: et scientiam ab eo scripturarum: et bonorum operum sumpsit exemplar. Qui postquam migravit ad dominum Ludberecht eidez monasterio factus est propositus plures et auctoritate magistri et exemplo sue actionis regulariter instituebat ad vitam. Nec solum ipso monasterio regulari vite monita simul et exempla prebebat. sed et vulgus circumpositum longe lateque a vita stulte consuetudinibus ad celestium gaudiorum conuertere curabat amore. Nam multi fidem quaz habebant iniquis phanabant opibus: et aliqui etiam tempore mortalitatis neglectis fidei sacramentis quibus erat imbuti ad erraticam idolatrie medicamina percurrerant: quasi missam a deo conditore plagam incantationes vel phylacteria: vel alia quilibet demoniace artis arcana cohibere valerent. Ad utroqueque corrigendum

Ecclesiastice historie gentis Anglorum

errore crebro ipse de monasterio egressus aliquoties equo sedens: sed sepius pedibus incedens circumpositas veniebat ad villas et viam veritatis predicabat errantibus: quod ipsum etiam Boisil suo tempore facere consueverat. Erat quippe moris eo tempore populis Anglorum ut veniente in villam clerico vel presbytero confluerent cuncti ad eius imperium verbum audituri libenter ea que dicebantur audiret libentius: que audire et intelligere poterant operando sequerentur. Porro Ludberecho tanta erat dicendi peritia: tantus amor persuadendi que cepat: tale vultus angelici lumen ut nullus penitus latebras eius cordis celare presumeret: quin omnes palam que gesserant confitendo proferrent: quia nimirum mirum hec eadem velle latere villo modo putabant: et confessis dignis ut impabat penitentie fructibus abstergerent. Solebat autem ea maxime loca pagrare et illis predicare in vinculis qui in arduis asperisque montibus procul positi alijs horrozierant ad visendum et paupertate pariter ac rusticitate sua doctorum arcebant accessum. Quos tamen ille libenter pro mancipat labore tanta doctrinae solertem excolebat industria: ut de monasterio egressus sepe hebdomada integra: aliquando duabus vel tribus nonnunquam etiam mensis pleno domum rediret. Sed demorat in montanis plebem rusticam pro predicacionis simul et opere salutis ad celestia vocaret. Cum ergo venerabilis domini famulum multos in Wailrosensi monasterio degentes annos magnis salutis signis effulgeret: transiit eum reuerendissimus abbas ipsius. Eam ad insulam Lindisfarnesium: ut ibi quibus fratribus custodienda discipline regularis et auctoritate prepositi intimaret: et propria actione premonstraret. Nam et ipsum locum tunc idem reuerendissimus pariter abbatis iure regerebat. Siquidem a temporibus ibidem antiquis et episcopus cum clero: et abbas solebat manere cum monachis: qui tamen et ipsi ad curam episcopi familiariter pertinerent. Quia nimirum Aidan qui primus eius loci episcopus fuit cum monachis illuc et ipse monachus adueniens: monachicam in eo conversationem instituit: scribente ei reuerendissimo papa Gregorio: quod et supra posuimus. Sed quia tua fraternitas inquit monasterii regulis erudita seorsum fieri non debet a clericis su-

is in ecclesia Anglorum que nunc auctore deo ad fidem perducta est: hanc debet conuersionem instituere que in initio nascentis ecclesie fuit patribus nostris: in quibus nullus eorum ex his que possidebant aliquid suum esse dicebat: sed erant eis omnia communia.

Ut idem in vita Anachoretica et fonte de saxosa terra orando produxerit: et segetem de labore manuum ultra tempus serendi acceperit.

Capitulum XXVIII.

Hinc Ludberecht crescentibus meritis religiose intentus ad Anachoretice quoque contemplacionis que dicitur silentia secreta peruenit. Uex quia de vita illius et virtutibus ante annos plures sufficenter et versibus heroicis et simplicis oratione conscripsimus. Hoc tamen in penitus commemorare satis sit quod aditur in sulam pretestatus est fratribus dicens. Si mihi diuina gratia in loco illo donauerit ut de opere manuum mearum viuere queam libens ibi morabor: sin alias ad vos citissime deo volente reuertar. Erat autem locus et aqua prorsus et frugibus et arboribus opus: sed et spirituum malignorum frequentia humane habitationi minus accomodus: sed ad votum viri dei habitabilis per omnia factus est. Siquidem ad aduentum eius spiritus recesserunt maligni. Cum autem ipse sibi ibidem expulsis hostibus mansionem angustam circumvallate aggere et domus in ea necessarias iuuante fratrum manu id est oratorum et habitaculum commune construxisset. Iussit fratres in eiusdem habitaculi parimento foueam facere (erat autem tellus durissima et saxosa) cui nulla omnino spes vene fontane videretur inesse. Quoddum facerent: ad fidem et preces famuli dei alio die aqua plena iuenta est. que usque ad hanc diem sufficenter cunctis illo aduenientibus gratie sue celestis copiam ministraret. Sed et ferramenta sibi ruralia cum frumento afferri rogauit. quod dum preparata terra tempore congruo seminaret: nil omnino non dico spicarum: sed ne herbe quidem ex eo germinari usque ad estatis tempora contigit. Unde visitantibus se ex more fratribus. hordeum iussit afferri: si forte vel natura soli illius: vel voluntas esset superni largitoris ut illius frugis ibi potius segetes

ouiret. Quod dum sibi allatū vltra omē tē
pus serēdi: vltra oēs spē fructificādi eodē
i agro sereret: mox copiosa seges exorta d
siderata pp̄ij labori di refectionē p̄bebat.
cū ergo ibidē mult' annis dō solitari' ser
uiret (tāta aut erat altitudo aggeris q̄ mā
sio eius erat vallata vt celū tm̄ ex ea cuius
itroitu sinebat aspicere posset). Cōtigit vt
p̄gregata synodo nō parua sub p̄sentia re
gis Ecgfridi iuxta fluuiū Alne i locū q̄ di
cit ad Tuifirdi: qd̄ significat ad duplex
vadū. Cui b̄tē memorie Theodor' archi
episcop' p̄siedeat vnanimō oim̄ p̄sensu
ad episcopatū ecclesie Lindisfarnēsis eli
geret. Qui cū multis legatarijs ac literis
ad se p̄missis nequaquā suo monasterio pos
set erui: tandē rex ip̄e p̄fatus vna cū sc̄tissi
mo antistite Trumvine: necnōz alijs religi
osis ac potentib' viris in insulā nauiga
uit. Cōueniunt z de ipsa insula Lindisfar
nēsi in hoc ip̄m multi de fratrib' genu fle
ctunt: oēs adiurant per deū: lachrymas
fundūt: obsecrāt: donec ip̄s q̄z lachrymis
plenū dulcib' extrahūt latebus atq̄ in sy
nodū pertrahūt. Qui dū peruenit: quib'
multū renitēs vnanimi cunctozū volūta
te supat. atq̄ ad suscipiēdū ep̄at' officiu
collū summ̄ittere cōpellit. Eo maxime vi
ctus sermone q̄ famulū dei Boisil cū mē
te p̄phetica cūcta que ei essent supuentura
patefaceret: antistitē quoq̄ eum futuruz
esse p̄dixerat. Necnō statim ordiatio decre
ta sed pacta hyeme q̄ imminebat in ip̄a so
lēnitate paschali cōpleta est. Eboraci sub
p̄sentia p̄fati regis Ecgfridi: cōueniētib'
ad p̄secrationē ei' septē episcopis: in qui
bus beate memorie Theodor' primatū te
nebat. Electus est autē primo in episcopa
tū Hagustaldensis ecclesie pro Trumbes
rechtō qui ab episcopatu fuerat deposit'.
Sed quoniā ip̄e p̄ Lindisfarnēsi eccle
sie in qua conuersatus fuerat dilexit p̄feci
ci: placuit vt eata reuerso ad sedē ecclesie
Hagustaldēsis cui regēdo p̄mo fuerat or
dinatus Ludberecht ecclesie Lindisfar
nēsis gubernacula susciperet. Qui susce
ptū ep̄atus gradū ad imitationē beatorū
apostolorū virtutū ornabat operib'. Com
missam nāq̄ sibi plebē z orationib' p̄tege
bat assiduis z ammonitionib' saluberrī
mis ad celestia vocabat. z (q̄d maxime do

ctores iuuare solet) ea q̄ agenda docebat:
ipse prius agēdo p̄mōstrabat. Erat quip
pe ante oīa diuine charitatis igne feruid'
patiētē p̄tute modest': orationū deuota
rū solertissime vite intent': affabilis om̄i
bus qui ad se cōsolationis gratia venie
bant. Hoc ipsum quoq̄ oratiōis loco du
cens si infirmis fratrib' op̄e sue exhorta
tiōis tribuerz. Sciensq̄ q̄ dixit: Diliges
dñm deū tuū: dixit z diliges primū. Erat
abstinētie castigatōe insignis: erat gr̄a cō
punctōis semp ad celestia suspēsus. Du o
bus aut annis in ep̄atu pactis reperit i
sulā ac monasteriū suū diuino ammonit'
oraculo: qz dies sibi mort' vel vite magis
illi' q̄ sola vita dicēda est iā appropiaret
introit': sicut ip̄e q̄z tpe eodē nōnullis s̄
verbis obscuriorib' q̄ tamē postmodū ma
nifeste intelligerēt solita sibi simplicitas
te p̄adebat. quibusdā aut hoc idē etiā ma
nifeste reuelabat.

Ut idē ep̄s iā obitū suū p̄ime futurū
Herebrechtō p̄dixerit.

Capitulum XXIX.

Rat autē p̄sbyter vite venerabil'
noie Herebrecht iam duduz viro
dei spirital' amicitie federe copu
latus q̄ i insula stagni illi' p̄ gradis
de q̄ deriuētōis fluuij p̄mordia erumpūt:
vitā ducēs solitariā: annis singulis eū vi
sitare: z monita p̄petue ab eo salutis audi
re solebat. Hic cū audiret eū ad ciuitates
Lugubaliā deuenisse venit ex more cupis
ens salutarib' ei' exhortationib' ad sup
na desideria magis magisq̄ accēdi. Qui
dum sese alterutrū celestis vite poculis
deebriarent: dixit inter alia antistes. De
mēto frater Herebrecht. vt modo quicqd
opus habes me interroges: mecūq̄ loq̄
ris. Postq̄ ei ab inuicē digressi fuerim':
nō vltra nos in hoc seculo carnis obruti
bus inuicē aspiciem'. Cert' sum nāq̄ q̄a
t̄ps mee resolutionis instat. z velox est des
positio tabernaculi mei. Qui hec audies
puolut' ei' vestigijs: z fuis cū gemitu lach
rymis. Obsecro inq̄t per dñm ne me de
seras: sed tui memor sis fidelissimi sōda
lis: rogesq̄ supernā pietatē vt cui simul in
terris seruiimus ad ei' videndū gratiaz
simul transeam' ad celos. Postiēm qz ad
tui oris imperiū semp viuere studui. z q̄c

Ecclesiastice historie gentis Anglorū

quid ignorantia vel fragilitate deliq̄ eaq̄ ad tue volūtatē examē mox emendare curauit. Incubuit precib⁹ antistes: statim q̄ edoct⁹ in spū impetrasse sequod petebat a dño. Surge inq̄t frater mi⁹ z noli plorare sed gaudio gaude. qz qd̄ rogauimus superna nobis clementia donauit. Cui⁹ pmissi z pphetice veritatē sequēs rez astruxit euētus. qz z digrediētes ab inuicē non se vltra corpāliter viderūt. sed vno eodēq̄ die: hoc ē. xij. kalēdaz aprilis egrediētes e corpore spūs eorū mox beata inuicē visio⁹ ne cōiuncti sunt: atq̄ angelico ministerio pariter ad regnū celeste trāslati. Sz Helberecht diutina prius infirmitate decoq̄tur illavt credibile est dispēsatione dñice pietatis vt siqd̄ min⁹ h̄ret merita beato Ludbereco suppleret hoc castigās lōge egritudis dolor: q̄tū ēq̄tus gratia suo intercessori sicut vno eodēq̄ tēpore cū eo de corpore egredi: ita etiā vna atq̄ indissimili sede ppetue b̄titudinis meruisset recipi. Obijt aut̄ pater reuerēdissim⁹ i insula Farne multū dep̄cat⁹ fratres vt ibi q̄q̄ sepeli ref: vbi nō paruo tēpore p dño militaref. Attamē tandē corū p̄cib⁹ victus assensuz dedit vt ad insulā Lindisfarnēsiū relatus i ecclia deponeret. Qd̄ dū factū essz ep̄atū ecclie illi⁹ anno vno seruabat venerabil⁹ antistes Ulfrid donec eligeret: q̄ p Ludbereco antistes ordinari deberet. Ordīnatus est autē post hec Eadbrecht vir scientia scripturaz diuinaz: simul z p̄cepto rū celestū obseruātia: ac maxie elemosynarū operatiōe insignis ita vt iuxta legē oib⁹ annis decimā nō solū q̄drupedū: verū etiā frugū omniū atq̄ pomoz necnō z vestimētōrū partē pauperib⁹ dedit.

Ut corp⁹ illi⁹ p. xj. annos sepulture corruptionis immune repertū. Utq̄ nō multo post successor episcopatus eius de mūdo transierit.

Caplm. XXX.

Ulens aut̄ latius demōstrare diuina dispēsatio quāta in gloria vir dñi Ludberecht post mortē viueret: cui⁹ ante mortē vita sublimis erat crebris etiā miraculoz patebat indicijs: trāfactis sepulture ei⁹ annis xj. immisit anio fratru vt tollerēt ossa illi⁹. Qui more mortuozū consumpto iam z in

puluerē redacto corpore reliquo sicca inuenienda putabāt: atq̄ in nouo recōdita loculo in eodē quidē loco: sed supra pauimētū digne venerationis gratia locarēt. Qd̄ dum sibi placuisse Eadberecho antistite suo referrēt annuit cōsilio eoz iussitq̄ vt die depositiōis ei⁹ h̄ facere meminissent. Fecerūt aut̄ ita. Et aperietes sepulchz inuenerūt corp⁹ totū q̄si adhuc viueret integru: z flexibilib⁹ artuuz cōpaginib⁹ multo dormiēti q̄ mortuo simili⁹. Sz z vestimēta oia quib⁹ indut⁹ erat nō solū intemcrata: verū etiā prisca nouitate z claritudine mirāda patebāt. Qd̄ vbi videre fratres nimio mor timore pcussi festinauerūt referre antistiti que inuenerāt. Qui cū forte in remotiori ab ecclia loco refluus vndiq̄ pelagi fluctib⁹ cinctus solitari⁹ manebat. in hoc etem semp quadragesime tēp⁹ agere in hoc quadragesima ante dominici natalis dies in magna cōtinētia oratiōis z lachrymarū deuotiōe trāsigere solebat. In quo etiā venerabilis predecessor eius Ludberecht p̄s q̄ in sulā Farne peteret aliq̄sd̄ secreti⁹ domino militabat. Attulerūt autem ei z partē idumētū que corp⁹ sc̄m ambierūt. que cū ille z munera gratāter acciperet z miracula libēter audiret. (Nāz ipsa indumēta q̄si patris adhuc corp⁹ circūdata miro deosculabaf affectu). Floua izquit indumēta corpori p his que tulistis circūdate: z sic reponite in arcā quā parastis. Scio aut̄ certissime q̄ nō diu vacu⁹ remanebit locus ille q̄ tanta miraculi celestis gratia saturat⁹ est. Et q̄ beat⁹ est cui in eo facultatē q̄scendi domin⁹ totū b̄titudinis auctor atq̄ largitor p̄stare dignabitur. Nec z h̄mōi plura vbi multis cū lachrymis z magna cōpunctiōe antistes lingua etiā tremēte cōpleuit. Fecerūt fratres vt iusserat: z inuolutū nouo amictu corp⁹ noua q̄ in theca recōditū supra pauimētū sanctuarij posuerūt. Nec mora deo dilectus antistes Eadberecht morbo corrept⁹ est acerbo ac p dies crescēte multūq̄ igruescēte ardore lāguoris nō multo post. i. nonas maias etiā ipse miguit ad dñm. Cui⁹ corp⁹ in sepulchro b̄ndicti p̄is Ludberecho ponētes apposuerūt desup arcam in qua incorrupta eiusdez patris membra locauerūt. In q̄ etiā loco signa sanitatū ali⁹

quot dies facta meritis amborū testimonium ferūt. E quō aliq̄ in libro vite illi? olim memorie mādauim? S; z in hac historia quedā que nos nup̄ audisse cōtigit super adijcere cōmodū duximus.

Ut quidam ad tumbam eius sit a paralyti curatus.

Caplm. XXXI.

Rat in eodē monasterio frat̄ quis dā nomie Baldudegn. tpe nō pauco hospitiū ministerio deseruiens: qui nūc vsq; sup̄est: testimonium habens ab vniuersis fratrib; cūctisq; supuenientib; hospitiib; q; vir esset multe pietatis ac religionis. Iniunctoq; sibi officio: superne tamē mercedis grā subdit? Hic cū quadā die lenas siuelagas quib; in hospitali utebat in mari lauisset: rediens domū repētina medio itinere molestia tact? ita vt corruēs in terrā: z aliq̄ diu pron? iacens: vix tandē resurgeret. Resurgēs autē sensit dimidiā corpis sui partē a capite vsq; ad pedes: palytis lāguore dep̄ssam. Et maxime cū labore baculo innitēs domū puenit. Crescebat morib; paulatim: z nocte supueniēte grauior effect? est: ita vt die redeunte vix ipse p se exurgere aut incedere valeret. Quo affectus incōmodo cōcepit vtile menti p̄siliū: vt ad ecclesiā quod mō posset perueniēs: intraret ad tumbā reuerēdissimi p̄ris Ludberehti: ibiq; genib; flexis supplex supnā pietatē rogaret: vt vlt ab huiuscemodilāguore si hoc sibi vtile esset liberaret: vel si tali molestia diuti? castigari diuina puidēte gratia opteret: patienter dolore ac placida mēte sustineret illatū. Fecit igit vt anio disposuerat z imbecilles art? baculo sustentās intrauit ecclesiā. ac p̄sternēs se ad corp? viri dei: pia intētionē p ei? auxiliū dñm sibi fieri ppitius precabā: atq; inter p̄ces velut in sopore solut?: sensit (vt ipse postea referre erat solutus) quasi magnā latāq; manū: caput sibi parte q̄ dolebat tetigisse: eodēq; tactu in illā q̄ lāguore p̄sisa fuerat corpis sui partē paulatim fugiēte dolore ac sanitate subsequēte ad pedes vsq; pertrāsisse. Quo facto mox euigilās sanissim? surrexit: ac pro sua sanitate dño grās referens: qd erga se actū esset fratrib; indicauit. Cūctisq; congaudentib; ad ministeriū qd sollicit? exhi-

bere solebat q̄si flagello pbante castigatioz redijt. Sed z indumēta quib; deo dicatū corp? Ludberehti vel viuū ātea vlt postea defunctū vestierāt: etiā ipsa a gratia curadi nō vacarūt. sicut in volumine vite z virtute eius quisq; legerit inueniet.

Ut alter ad reliq̄as eius nup̄ fuerit ab oculi languore curatus.

Caplm. XXXII.

Ec silētio p̄tereundū: qd ante trienniū p reliq̄as ei? factū: nup̄ mihi p ipm in quo factū est frat̄ innotuit. Est autē factū in mōasterio qd iuxta Annē deacore p̄structū ab eo cognomē accepit. cui tūc vir religios? Suidberecht abbat; iure p̄suit. Erat in eo quidā adolescēs cui tumor deformis palpebrarū oculi sedauerat. qui cū per dies crescens oculo interitū minaret: curabant medici hunc appositis pigmentoz fomētis emolliere: nec valebāt. quidam abscindendam esse dicebant. Alij hoc fieri metu maioris periculi vetabant. Cūq; tpe nō pauco frater p̄fatus tali incōmodo laboraret: neq; in immēso oculo exicū humana man? curare valeret: quin p dies augeteretur. Cōtigit subito diuine pietat; gratia p sanctissimuz patr; Ludberehti reliq̄as sanari. Nā quādo fratres sui corp? ipsi? post multos sepulture annos incorruptū reppererūt: tulerūt partē de capillis: quā more reliquiarū rogātib; amicis dare vel ostēdere in signū miraculi possent. Harū partūculā reliquia p̄o tēpore habebat penes se quidā de p̄sbyteris eiusdē monasterij nomine Thridred: qui tunc ipsi? monasterij abbas est. Qui cū die quadā ingressus ecclesiā aperuisset thecā reliquiarū: vt portionē earū rogāti amico prestaret: cōtigit et ipsum adolescentē cui ocul? languerat in eadē tunc ecclesia adesse. Cūq; p̄sbyter portionē quātā voluit amico dedisset: residuum dedit adolescenti vt suo in loco reponeret. At ille salubri instinctu admonit?: cū accepisset capillos sancti capitis apposuit palpebre languenti: z aliq̄ diu tumorē illū infestū hoz appositioe cōprimere ac molliere curabat. Quo facto reliq̄as vt iusserat sua in theca recōdidit credens suū oculū capillis viri dei de quib; attactus erat oculū esse sanandū. Fleq; em̄ eū sua fides fe-

Ecclesiastice historie gentis Anglorū

fellit. Erat em̄ vt referre est solitus tūc ho-
ra circiter sc̄da diei. Sed cū alia quoq; di-
es illa exigerat: cogitaret ⁊ faceret immi-
nēte hora ipsi⁹ diei sexta: repēte cōtingēs
oculū ita sanū cum palpebra inuenit: ac si
nunq; in eo deformitatis ac tumoris ali⁹
quid apparuisset.

Explicit liber quartus Ecclesiastice histo-
rie gentis Anglorū.

Incipit liber quintus

Ecclesiastice historie gentis Anglorū: cu; re-
colleeta capitulorū annotatione.

Ut Didiluald successor Ludberehti ī
anachoretica vita laborās: in mari fratris
bus tempestatē orādo sedauerit.

Caplm. I.



Successit vi-
ro dñi Ludberehto in ex-
ercēda vita solitaria: quā
in insula Farne ante epi-
scopatus sui tēpora gere-
bat vir venerabilis Didiluald qui multis
annis in monasterio qđ dicitur Hbripū ac-
ceptū presbyterat⁹ officii cōdignis gra-
du ipse cōsecrabat actib;. Cuius vt meri-
tū vel vita qualis fuerit clarescat certius
vnū eius narro miraculū quod mihi vn⁹
e fratrib; ppter quos ⁊ in quib; patratū est
ipse narrauit videlicet Budfrid venerabi-
lis ch̄i famulus ⁊ presbyter: qui etiā pos-
tea fratrib; eiusdē ecclesie Lindissarnen-
sis: in qua est abbatis iure presuit. Venit
inquit cū duob; fratrib; alijs ad insulam
Farne: loqui desiderans cū reuerendiss-
imo patre Didualdo. Cūq; allocutione ei⁹
refecti: bñdictiōe petita domū redirem⁹:
ecce subito positus nobis in medio mari
interrupta est serenitas qua vehebamur:
⁊ tanta irruit tāq; fera tēpestatis hyems:
vt neq; velo neq; remigio quicq; pficere:
neq; aliud q̄ mortē sperare valerem⁹. Cū
diu multū cū vento pelagoq; frustra cer-
tantes: tandē post terga respiceremus si
forte vel ipsam de qua egressi eramus in-
sulā aliquo conamine repetere possemus
inuenimus nos vndiq; versum pari tēpe-
state preclusos: nullāq; spem nobis in no-
bis restare salutis. Ubi autē longius vi-
sum leuauimus: vidim⁹ in ipsa insula Far-

ne egressum de latibulis suis amātissimū
deo patrē Didilualdū iter nostrū inspicere.
Audito etem̄ fragore pcellarū ac feruē-
tis oceani. exierat videre quid nobis acci-
deret. Cūq; nos in labore ac desperatione
positos cerneret: flectebat genua sua ad pa-
trē dñi nostri Jesu ch̄i pro nostravita ⁊ sa-
lute precaturus. Et cū orationē cōpleret:
simul tumida equora placauit adeo: vt ces-
sante per omnia seuitia tēpestatis: secūdi
nos venti ad terraz vsq; per plana maris
terga comitarent. Cūq; euadentes ad ter-
rā: nauiculā quoq; nostrā ab vndis expo-
taremus: mox eadēq; nostri gratia modi-
cum siluerat tēpestas redijt: ⁊ toto illo die
multū furere nō cessauit: vt palā daret in-
telligi ex modica illa que preuenerat iteri
capedo quietis: ad viri dei preces nostre
euasionis gratia donat⁹ est. Mansit itaq;
qđ idē vir dei in insula Farne. xij. annis: ibi
dēq; defunct⁹. sed in insula Lindissarnen-
si iuxta prefectorū corpora episcopozū in
ecclesia sc̄ti Petri apli sepultus est. Festa
vero sūt hec tēporib; Alfridi regis qđ post
fratrē suū Ecgfridū gēti Nordāhimbrozū
decē ⁊ octo annis presuit.

Ut episcopus Joannes mutū benedis-
cendo curauerit.

Caplm. II.

Cuius regni pncipio d̄functo Ea-
ta epo Joānes vir sc̄tus Haguz-
staldēsis ecclie p̄sulatū suscepit. d̄
qđ plura p̄tutū miracula: qđ eū fami-
liarit nouerūt dicere solēt. ⁊ maxie vir re-
uerēdissim⁹ ac pacissim⁹ Berechtun dia-
con⁹ qđndā ei⁹: nūc autē abbas monasterij
qđ vocat Jnderauuda: i. deoz: e q̄b; aliq;
memorie tradere p̄modū duxim⁹. Est mā-
sio qđā secretior: nemoze raro ⁊ vallo circū-
data: nō longe ab Hagustaldēsis ecclie. i.
vni⁹ ferme miliarij ⁊ dimidiū spacio iterflu-
ente Thino amne separata: habēs cimate-
riū sc̄tē Michaelis archāgeli: in q̄ vir del-
sep̄ius vbi opportunitas ardebat tēpo-
ris: ⁊ maxime in .xl. manere cū paucis: at-
q; orationib; ac lectiōi quiet⁹ opam dare
psuenerat. Cūq; tēpore qđā incipiēte. xl.
ibidē māsur⁹ adueniret: iussit suos q̄rere
pauperem aliquem maiore infirmitate vlt-
inopia grauātū: quē secuz habere illis die-
bus ad faciēdū elemosynā possent. Sic

em̄ semp̄ facere solebat. Erat autē in villa nō longe posita quidā adolecens mutus episcopo notus (nā sepius ante illū perci piende elyne gratiavenire p̄sueuerat) qui ne vnū quidē sermonē vnq̄ p̄fari poterat. Sed et scabiē tantā vt furfures habebat in capite: vt nil vnq̄ capilloz ei⁹ in super iori parte capitis nasci valeret. Tamen in circūitu horridi crines stare videbant. Hūc ergo adduci p̄cepit episcop⁹: et ei in cōceptis eiusdē mātionis paruū turgurū fieri: in q̄ manēs q̄tidianaz ab eo stipendi am acciperet. Cūq̄ vna. xl. esset impleta se ptimana seq̄nti dominica iussit ad se itra re pauperē. ingresso linguam p̄ferre ex ore ac sibi ostēdere iussit. et apprehēdens eum signum sancte crucis lingue eius impres sit quā signatā reuocare in os et loqui illuz p̄cepit. Dicitō inquit aliq̄d verbum: di cito gege: quod est lingua Anglorum ver bum affirmandi et cōsentiendi. i. etiā. Dix it ille. statim soluto vinculo lingue q̄d ius serat. Addidit episcopus nomina literaz. Dicitō a. dixit ille a. Dicitō b. dixit ille et b. Cūq̄ singula literaz nomia dicente epi scopo responderet addidit et syllabas ac verba illi dicēda p̄ponere. Et cū omnib⁹ cō sequēter responderet p̄cepit eū sentēti as longiores dicere. et fecit. Neq̄ vltra ces sauit tota die illa et nocte sequēte quantuz vigilare potuit vt ferūt qui presentes fue re loqui aliquid et arcana sue cogitatiois ac volūtatis quod nunq̄ antea potuit ali is ostēdere. In similitudinē illi⁹ diu clau dis: qui curat⁹ ab apostolis Petro et Jo anne exiliēs stetit et ambulabat: et intrauit cum illis in templū. ambulans et exiliens et laudans dominū. Gaudens nimirū vti officio pedū quo tanto tempore erat desti tutus. Cuius sanitati cōgaudens episcop us p̄cepit medico etiā sanande scabre dini capitis eius curā adhibere. Fecit vt iusserat. et iuuante benedictione ac preci bus antistitis nata est cū sanitate cut⁹ ve nuste species capilloz. Factusq̄ est iue nis limpidus vultu: et loquela p̄mpt⁹: cap illis pulcerrime crispis qui ante fuerat deformis paup et mutus. Sicq̄ de perce pta letat⁹ sospitate offerētī ei et episcopo vt in sua familia manendi locū acciperet magis domū reuersus est.

Ut idem puellam languentem orando sanauerit.

Caplm. III.

Arrauit idem Berechtuz et aliud de p̄fato antistite miraculū q̄ euz reuerēdissim⁹ vir Ulfrid: post lō gū exiliū in ep̄atū esset Hagustal densis ecclesie receptus: et idē Joannes defuncto Bosa viro multe sanctitatis et humilitatis ep̄us p̄ eo Eboraci substitut⁹ venerit ip̄e tpe quodā ad monasteriū hginū in loco q̄ vocat Uetadun: cui tunc Be reburg abbatissa p̄fuit. Ubi cū venissem⁹ inquit: et magno vniuersorū gaudio susce pti essemus indicauit nobis abbatissa: qz quedā de numero virginum que erat filia ipius carnal grauissimo lāguore teneret quia flebotomata est nuper in brachio: et cū esset in studio tacta est infirmitate repē tini doloris. q̄ mox increfcēte magis gra uatū est brachiū illud vulneratū ac versuz in tumorē: adeo vt vix duob⁹ manib⁹ cir cūplecti posset. Itaq̄ iacens in lecto pre nimietate doloris iam moritura videret rogauit ep̄m abbatissa vt intrarē ad eā ac benedicere illam dignaret. qz crederet eā ad benedictionē vel tactū illi⁹ mox meli⁹ habiturā. Interrogās autēz ille quādo fle botomata esset puella: et vt cognouit qz in luna quarta: dixit. Vultū insipiēter et in docti fecistis in luna quarta flebotomādo. Demini beate memorie Theodor⁹ archi piscopū dicere: quia periculosa sit satis il li⁹ temporis flebotomia quādo et lumen lu ne et reuma oceani in cremēto est. Et quid ego possū puelle si moritura est facere. Ac illa instantius obsecrās pro filia quā opis do diligebat. (Nam et abbatissam eam p̄ se facere disposuerat). Tādē obtinuit vt ad languētē intraret. Intrauit ergo me secuz assumpto ad hginē que iacebat multo (vt dixi) dolore cōstricta: et brachio intantum grossescēte vt nihil prozsus in cubitu fle xionis haberet. Et astans dixit orationez super illā: ac benedicēs egressus est. Cūq̄ post hec hora competente cōsederem⁹ ad mensam adueniens quidam clamauit me ducens foras et ait. Postulat Luenberug (hoc em̄ erat nomē hginis) vt ocinus regre diaris ad eam. Quod dū facerē reperī illam ingrediens vultu hilariorē: et velut

Ecclesiastice historie gentis Anglorum

sospiti similes: et dum assideret illi dixit, vis petamus bibere. Et ego. Volo inquit et multum delector si potes. Cum ablato poculo biberem? ambo cepit mihi dicere quod ex quo episcopus oratione pro me benedictione completa egressus est: statim melius habere incipio. et si nec dum vires pristinas recipio: dolor tamen omnis et de brachio ubi ardeat inerat: et de toto meo corpore velut ipso episcopo foras eum exhortando funditus ablatum est: tam et si tumor adhuc in brachio manere videtur, abeuntibus autem nobis inde continuo fugatum dolore membrorum: fuga quoque tumoris horridi secuta est et crepte morti ac doloribus ego laudes domino saluatori una cum ceteris qui ibi erant seruis illius referebat.

Ut ite coniugem comitis infirmam aqua benedicta curauerit.

Capitulum. III.

Nondum quoque non multum huic dissimile miraculum de prefato antistite tenarravit idem abbas dicens. Vixilla erat comitis cuiusdam que vocabatur Puth: non longe a monasterio. id est duum ferme miliarium spacio separata: cuius coniunx quadraginta ferme diebus erat acerbissimo languore detenta: ita ut tribus septimanis non posset de cubiculo in quo iacebat foras efferi. Contigit autem eo tempore viz dei illo ad dedicandam ecclesiam ab eodem comite vocari. Cumque dedicata esset ecclesia rogauit comes eum ad prandendum domum suam ingredi renuit episcopus dicens se ad monasterium quod proxime erat reuerti debere. At ille obnixius precibus instans vouit etiam se eleemosynas pauperibus daturum dummodo ille dignaretur ea die domum suam ingrediens ieiunium soluere. Rogauit et ego una cum illo promittens etiam me eleemosynas in alimoniam in opus dare dum ille domum comitis pransurus ac benedictionem daturus intraret. Cumque hoc tarde ac difficulter impetrarem us intratum ad reficiendum. Miserat autem episcopus mulierem quam infirma iacebat de aqua benedicta quam in dedicatione ecclesie consecrauerat per unum de his qui mecum venerat fratribus precipiens ut gustandam illi daret: et ubi cumque maximum ei dolorem inesse didicisset de ipsa ea aqua lauaret. Quod ut factum est surrexit statim mulier sana: et non solum se infirmitate

longa carere: sed et perditas dudum vires receperisse sentiens. obtulit poculum episcopo. ac nobis ceptumque ministerium nobis omnibus primum nandi usque ad prandium completum non omisit. imitata socrum beati Petri que cum febrim fuisset ardoribus fatigata ad tactum manus dominice surrexit: et sanitate simul ac virtute recepta ministrabat.

Ut puerum comitis orando a morte reuocauerit.

Capitulum. V.

Non idem tempore vocatus ad dedicandam ecclesiam comitis vocabulo Ad di: cum postulatum compleret ministerium: rogatus est ab eodem comite intrare ad unum de pueris eius qui acerrima egritudine premebatur: ita ut deficiente penitus omnium membrorum officio iamque moriturus esse videretur. Cui etiam locus iam tunc erat paratus in quo defunctus condideret. Ad didit autem vir etiam lacrymas precibus diligenter obsecrans ut intraret oraturus pro illo: quod multum necessaria sibi esset vita ipsius. Crederet vero quod si ei manum imponeret atque eum benedicere voluisset: statim melius haberet. Intrauit ergo illo episcopus: et vidit eum mestis omnibus iam morte proximam: positumque loculum iuxta eum in quo sepeliendus poni deberet. Dixitque orationem: ac benedixit eum. et egrediens dixit solito consolantium sermonem. Bene conualescas cito. Cumque sederent post hec ad mensam misit puer ad dominum suum rogans sibi poculum vini mittere quod sitiret. Sauisus est ille multum quod bibere posset: misit ei calicem vini benedictum ab episcopo: quem ut bibit surrexit continuo. et veterno infirmitatis discussio induit se ipse vestimentis suis: et egressus inde intrauit et salutauit episcopum et conuiuas: dicens quod ipse quoque delectaretur manducare et bibere cum eis. Iusserunt eum sedere secum ad epulas multum gaudentes de sospitate illius residebat: vescebat: bibebat: letabatur. quasi unum e conuiuis agebat. Et multis post hec annis uiuens: in eadem quam acceperat salute permansit. Hoc autem miraculum memorat abbas non se presente factum sed ab his qui presentes fuerunt sibi perhibet esse relatam.

Ut clericum suum cadendo contritum orando ac benedicendo a morte reuocauerit.

Capitulum. VI.

Neq; hoc silentio p̄tereundū q̄ fa-
 mul^o chū Werbed in seipso ab
 eo factū solet narrare miraculuz.
 Qui tūc q̄dē in illi^o p̄uersat^o: nūc
 in monasterio q̄d est iuxta hostiū Tini flu-
 minis abbat^o iure p̄est. Uicā inq̄t illi^o: q̄n-
 tū boib^o estimare fas est: q̄d p̄sens optime
 cognoui: p̄ omnia episcopo dignā esse cō-
 peri. S; r cui^o meriti apud internū iudi-
 cē habit^o sit: r i mult^o alijs r in meipso ma-
 xime exptus sum. Quippe quē ab ipso (vt
 ita dicā) mortis limite reuocās: ad viā vi-
 te sue oratione ac benedictiōe reduxit. nā
 cū p̄mēno adolescētie tēpore in clero illi^o
 degerē. legēdi quidē canēdiq; studijs tra-
 ditus: sed nō adhuc animū p̄fecte a iuueni-
 lib^o cohibēs illecebris. Cōrigit die quadā
 nos iter agētes cū illo deuenisse i viā pla-
 nā r amplā atq; cursui equoz aptā. Lepe-
 rūtq; iuuenes q̄ cū ipso erant maxime laici
 postulare ep̄m vt cursu maiore cōs suos
 inuicē probare licerz. At ille p̄mo negauit
 ociosum dicēs esse q̄d desyderabāt. Sed
 ad vltimū multoz p̄nānima intentiōe de-
 uictus: facite aliquid si vultis: ita tamē vt
 Werbed ab illo se certamine abstineat.
 Porro ipse diligēt^o obsecrās vt r mihi cer-
 tandi cū illis copia daref (fidebā nāq; eq̄
 quē mihi ipse optimū donauerat) nequa q̄
 impetrare potui. At cū sepius adhuc atq;
 illuc spectāte episcopo cōcitatis in cursuz
 equis reuerterent^o r ipse lasciuo supat^o aio:
 nō me potui cohibere: sed (p̄hibente licet
 illo) ludētib^o me miscui: r simul cursu equi
 cōtendere cepi. Quod dum agerem audi-
 ni illum post tergum mihi cum gemitu di-
 centē. O q̄ magnum ve facis mihi sic eq̄
 rādo. Et ego audiens nihilomin^o ceptis
 institi vetitis. Nec mora dum fernēs equ^o
 quoddam itineris cōcauum valētiore im-
 petu transiliret: lapsus decidi. Et mox ve-
 lut emozēs sensum penitus motūq; oēm
 perdididi. Erat nāq; in loco illo lapis terre
 equalis obiectus cespite tenui: neq; yllus
 alter in tota illa campī planicie lapis in-
 ueniri poterat. Casuq; euenit: vel poti^o di-
 uina prouisione ad puniendam inobediē-
 tie mee culpā. vt huc capite ac manu quā
 capiti ruens supposueram tāgerem: atq;
 fracto pollice capitis quoq; iunctura sol-
 ueret. Et ego vt dixi: simillim^o mortuo fie-

rem. Et quia moueri nō poteram tetende-
 runt ibidem papilionem in quo iacerem.
 Erat autē hora diei circiter septima a q̄ ad
 vesp̄eram vsq; quietus r quasi mortu^o per-
 manens tūc paululū reuiuisco: ferorq; do-
 mum a socijs: ac tacitus tota nocte pduro
 Uomebam autē sanguinem: eo q̄ r intras-
 nea essent ruendo conuulsa. At episcop^o
 grauissime de casu r interitu meo dolebat
 eo q̄ me speciali diligeret affectu. Nec vo-
 luit nocte illa iuxta morē cū clericis suis
 manere. vtz solus in oratiōe persistēs no-
 ctem ducebat peruigilē p̄ meā (vt reor) so-
 spitate supnā pietatē supplicās. Et mane
 p̄mo ingressus ad me: r dicta sup me orati-
 one vocauit me nomine meo: r q̄si de gras-
 ui somno excitatū interrogauit: si nossem
 quis esset qui loqueret ad me. At ego ape-
 riens oculos aio etiam. Tu es ep̄s meus
 amatus. Potes inquit viuere: Ego sum.
 Possum inq; p̄ orationes vestras si volue-
 rit domin^o. Qui imponēs capiti meo ma-
 num cū verbis benedictiōis redit ad orā-
 dum. Et post pusillū me reuifens inuenit
 sedētē r iam loqui valentē. Lepitq; me in-
 terrogare: diuino vt mox patuit ammoni-
 tus instinctu: an me esse baptizatum absq;
 scrupulo nossem. Cui ego absq; vlla me
 dubietate scire respondi q̄ salutarī fonte
 in remissionē peccatoz essem ablut^o: r no-
 mē p̄sbyteri a q̄ me baptizatū nouerā dixi.
 At ille. si ab hoc inquit sacerdote baptiza-
 tus es: non es recte baptizat^o. Noni nāq;
 eum: r quia cum esset p̄sbyter ordinatus
 nullatenus p̄pter ingenij tarditatē potuit
 cathecizandi vel baptizandi ministerium
 discere. Propter quod r ipse illuz ab hui^o
 presumptiōe ministerij quod regulariter
 implere nequibat omnino discessare p̄re-
 cepi. Quib^o dictis eadē hora me catheciz-
 zare ipse curauit. Factūq; est vt exuffiante
 q̄ illo in faciē meam cōfestim me meli^o ba-
 bere sentirem. Vocauit autem medicum
 r dissolutā mihi emigranei iuncturā cōpo-
 nere atq; alligare iussit. Tātūq; mox acce-
 pta eius benedictione conualui: vt in cra-
 stinū ascendēs equū cū ipso iter in alium
 locū facerem. Nec multo post plene cura-
 tus vitali etiam vnda perfusus sum. Dā-
 sit autē in episcopatu annis. xxxij. r sic ces-
 lestia regna cōscendēs sepultus est in por-

Ecclesiastice historie gentis Anglor

ficu sc̄i Petri in monasterio suo q̄d dici-
tur insillia deirozū. anno ab incarnatiōe
dñica. dccxxj. Nā cū p̄ maiori senectute
minus ep̄iscopatu i amministrādo suffice-
ret: ordinato in ep̄iscopatu Eburac̄ensis ec-
clesie Uilfrido presbytero suo secedit ad
monasteriū prefatū: ibiq̄ vitā deo digna
cōuersatione cōpleuit.

Ut Leadualla rex occidentalīū Saxo-
nū baptizandus rhomā uenerit. Sz z suc-
cessor eius Hun in eadē beatorū apostolo-
rū limina deuotus adijt.

Caplm. VII.

Ano autē regni Aldfridi tertio
Leadualla rex occidentalīū saxo-
nū cū gēti sue duobz annis stre-
nuissime p̄sset: relicto imperio p̄-
pter dñm. regnū q̄ p̄petuū: uenit rhomā: s̄
sibi gl̄ie singularis desyderās adispic̄: ut
ad limina beatorū apostolorū fonte baptis-
matis ablueret in quo solo didicerat ge-
neri humano patere uite celestis introitū
Simul etiā sperans qz mox baptizat̄ car-
ne solutus ad eterna gaudia mūdus trās-
iret. Quod utrūq̄ ut mēte disposuerat do-
mino adiūuāte cōpletū est. Etenim illo pue-
nēs pontificatū agēte Sergio baptiza-
tus ē die sancto sabbato paschalis. anno
ab incarnatiōe domini. dclxxxix. z i albis
ad huc positus languore corrept̄. xij. kal.
maiaz die solutus a carne z beatorū est rez-
gno sociatus in celis. Cui etiā tēpore ba-
ptismatis papa memoratus Petri nomē
imposuerat: ut beatissimi apostolorū prin-
cipi ad cui⁹ sacratissimū corpus a finibz
terre pio duct⁹ amore uenerat etiā nomi-
nis ipsius cōsortio iungeret̄. Qui in eius-
q̄ ecclesia sepultus est. Et iubente pontifi-
ce epitaphiū in eius monumēto scriptuz:
in quo z memoria deuotionis ipsius fixa
per secula maneret: z legētes quicq̄ uel au-
diētes exemplū facti ad studiū religionis
accēderet. Scriptū est ergo hoc modo.

Culmen opus sobolē pollētia regna triū-
phos: Exuias p̄ceres menia castra da-
pes. Queq̄ patrū uirtus z que cōgesserat
ipse: Leadual armipotēs liquet amore dī.
Ut petri: sed ēq̄ petri rex cernerz hospes.
Cui⁹ fonte in eras sumeret almas aquas.
Splendificūq̄ iubar radiantī carperat
hauitū. Ex quo uiuific⁹ fulgor ubiq̄ fluit.

Perceptiensq̄ alacer rediuiue premiavit:
Barbaricā rabiē nomen z inde suū. Con-
uersus cōuertit ouans petrum q̄ uocari:
Sergius antistes iussit ut ipse pater. Fō-
ter renascētis quē ch̄i gratia purgās. Pro-
tinus ablutū uexit in arce poli. Dura fi-
des regis clemētia maxima ch̄i. Cui⁹ cō-
siliū nullus adire pōt. Sospes em̄ uenēs
summo ex orbe britāni: Per uarias gētes:
per freta perq̄ uias. Urbē rhomulā uidit
tēplūq̄ uerē dñi: Aspexit Petri mystica do-
na gerēs. Landid⁹ inter oues ch̄i sociabi-
lis ibit: Corpore nā tumultū mente sup̄na
tenet. Cōmutasse magis sceptrorum insi-
gnia credas: Quē regnū ch̄i p̄meruisse uis-
des. Hic deposit⁹ est Leadual qui z petr⁹.
Rex saxonū sub die. xij. kal. maiaz inditio-
ne sc̄da: q̄ uixit annos plus min⁹. xxx. im-
perāte dño Justiniano p̄ssimo augusto
anno etiā. iij. Pontificatū tenēte aposto-
lico uiro dño Sergio papa anno. ij. Abes-
unte autē rhomā Leadualla successit in re-
gnū Hun: de stirpe regia: q̄ cū. xxxvij. an-
nis imperiū tenuisset gētis illi⁹ z ipse reli-
cto regno ac iunioribz cōmendato ad limi-
na btōz apostolorū Gregorio pontificatū
tenēte p̄fectus est. Lupiēs in uicinia loco-
rū sanctorū ad tps pegrinari in terr⁹ quo
familiari⁹ a sanctis recipi mereat in celis.
Dō his tps plures de gente Anglor no-
biles ignobilesq̄ laici clerici: uiri ac femi-
ne certatim facere cōsueuerunt.

De obitu Theodori archiep̄is.

Caplm. VIII.

Ano autē post hunc q̄ Leadualla
rhome defunct⁹ ē primo. i. dxc.
incarnatiōis dñice Theodor⁹ be-
ate memorie archiep̄s senexz ple-
nus dierū. i. annoz. lxxxvij. defunct⁹ est.
Quē se numez annoz fuisse habiturū ipse
iam dudū somni reuelatiōe doct⁹ fuis p̄di-
cere solebat. Quāsit autē in ep̄atu annis. xx
ij. sepultusq̄ est in ecclesia sc̄i Petri i qua o-
mnīū ep̄oz Doruernēsīū sunt corpa de-
posita. De q̄ vna cū cōsortibz iisdē sui gra-
dus recte z uaciter dici pōt: qz corpa ipoz
in pace sepulta sunt: z nomē eozū uiuet in
generatione z generatiōes. Ut em̄ breuif-
dicā tātū. p̄fect⁹ sp̄italis tpe p̄sular⁹ illi⁹
